Reponitur adversarij hęc omnia vera esse de illis quorum unum seorsim ab alio existere possit non vero de illis, quorum neutrum existere valet sine alio ut pote esse incompleta et ad aliud integrandum ordinatum, igitur esse rem, sive realem strictam entitatem solum competit toto ex formalitatibus constituto, non formalitatibus tunc aliquos constituentibus, quare neutra existere valet sine alia.

Sed et ratio hęc facile rejicitur; materia enim et forma realiter entitative, et tamquam duplex res distinguuntur cum tamen neutra existere possit seorsim ab alia, similiter accidit in quantitate, et figura, intellectu et voluntate reali-

quod si anime potentius in Divinis Lectionis, alijq[ue] quamplexioni exemplis, quod  
ne aliter ad hanc libenter omittitur.

Ratione mihi urgentissima rursus stabili-  
ter assertio: Repugnat duplicem formalitatem realiter identificari, et forma-  
liter ex natura rei distingui: ex quo repugnat distinctio formalis ex natura rei.  
Suadetur antecedens duplicem formalitatem realiter identificari et unam et  
se in se alteram: sed implicat duplicem formalitatem esse in se alteram et quod  
formaliter in se, sive ex natura rei distinguantur: q[ui]a. primo maiorem: repugnat  
duplicem formalitatem esse in se alteram et quod formaliter non sint idem.  
quia idem est, sicut et distinctio formalitatum formaliter debet esse: contra-  
ria enim eadem est ratio: sed repugnat unam formalitatem esse in se idem  
formaliter cum alia, et quod in se formaliter distinguantur: ergo.

Legitur et explicatur hęc ratio: repugnat formalitati realiter identifi-  
cari, et realiter distingui: sed formaliter realiter identificari et formaliter  
ex natura rei distingui non huiusmodi: ergo. prout in minor: formalitati  
formaliter ex natura rei distingui realiter distinguuntur: ergo. prout ante-  
cedens: distinctio realis in eo stat quod existat in se, et ante operationem in-  
tellectus: sed formalitates formaliter ex natura rei distingui distinguuntur di-  
stinctioe existentie in se et ante operationem intellectus: ergo.

Rursus distin-  
ctio inter duplex est reale intercedens realiter debet esse: huiusmodi est distinctio  
Scotica: q[ui]a. prout in minor: quilibet formalitas est ens reale: sed per dicta dis-  
tinctio inter formalitates veritatis: q[ui]a. primo maiorem: quilibet formalitas a par-  
te rei sive realiter existit, si deus animal et rationale a parte rei non existe-  
re; sed quod a parte rei sive realiter existit est proprium et proprie ens reale;  
ut abis constat ex dictis: ergo.

### Assertio secunda III.

Inter gradus metaphysicos eiu[us]dem merentis non intercedit distinctio  
formalis ex natura rei quod quid sit de eius possibilitate, et repugnantia.  
suadetur efficaciter: inter gradus formaliter identificados nulla inter-  
cedit formalis distinctio: sed gradus metaphysici sunt formaliter iden-  
tificati: q[ui]a. primo maiorem: gradus illi sunt formaliter identificados,  
quod non alter formaliter predicatur de alio: ut se habent gradus meta-  
physici. ergo. maior innegabilis videtur: cum predicatio formalis sit affi-  
natio formalis identitatis. minor autem nota est in his predicationibus:

Letus est formaliter homo. homo est formaliter animal animal est formaliter vivens.

Hic patet Fonseca contrarij opinionis alumnus, predictis propositionibus veras esse in sensu suppositivo, non autem in formali, unde propositio hęc: homo est animal, illo iudice, facit hunc sensum: suppositum haberi humanitatem haberi animalitatem, quod in his predicamentibus exemplificat. lac est dulce dulce est alby, quorum sensus est suppositum lactis esse suppositum dulcedinis et suppositum dulcedinis esse etiam albedinis.

Sed solutio hęc, quam infavorem Scoti copiaris Fonseca illius doctrine manifeste avversatur; Scotus enim ipsam distinctionem, quam ponit inter animal et hominem, defendit etiam inter utrumque suppositum. Ulterius tamen impugnatur: nam propositio hęc: homo est animal est propositio essentialis hęc autem lac est dulce, est accidentalis: ergo identitas inter hominem et animal alia est ab identitate lactis cum dulcedine: sed hęc est identitas in esse suppositivo:  $\S$ . formalis est, quę inter animal reperitur, et hominem.

Alia via satisfacere conatur Scoti rationi provarię: dicit enim ad veritatem predicationis propositio nem sufficere quod gradus superiores identificentur essentialiter cum inferioribus, quę quidem identitas comparabilis est cum Scotica distinctione. Sed hoc etiam insufficiente est: quia velat propositiones necdum identice et materialiter, sed etiam formaliter, necdum, nec facile designabis propositio nem magis formalem quam hęc: homo est essentialiter animal: necdum  $\S$ . materialiter, et essentialiter, sed formaliter identitas ad illius veritatem exigitur.

Dices: ideo animal formaliter connaturæ rei non distinguitur ab homine, quia formaliter predicatur de illo: sed rationale nequit formaliter de animali predicari, et contra:  $\S$ . formaliter connaturæ rei distinguitur. maior est fundamentum rationis provarię, minor autem communiter recepta, si quidem propositio hęc: rationale est animal, vera non est in sensu formali, sed identice, consequentia etiam legitima operatur.

Concessis præmissis nego consequentiam. Licet enim ex predicatione formali a potestate inferatur forma: identitas ex formali tamen identitate non inferatur formalis predicatio: hęc enim propter identitatem formalem connaturæ rei erigitur inclusionem unius in alio, quę non datur inter animal et rationale, et in unius partes metaphisici hominis ad invicem excluduntur virtualiter quidem in se formaliter autem

in intellectu. — Propter hoc licet predicatio ita homo est animal vera sit in re  
formali, hoc autem: animal est homo falsa est in eodem sensu, quia licet ani-  
mal formaliter ex natura rei identificatur cum homine, secum identificato  
hominem videri non includit uti necesse est ex positi predicatio formalis.

Ex dictis satis constat gradum specificum non distingui formaliter ex natura  
rei ab eius singularitate ulterius autem suadetur: natura Petri distingui-  
tur ex natura rei a natura Pauli: quod non distinguitur a propria singularita-  
te. proinde consequentiam: natura Petri distinguitur ex natura rei a natura  
Pauli, quia singularis: sed natura distincta a singularitate singularis ex na-  
tura rei non est: quod a singularitate non distinguitur.

Vigetur: natura Petri  
est distincta ex natura rei a singularitate eius singularis et non singularis: hoc  
implicat expo. pro. maiorem: imprimis est distincta a singularitate singula-  
ris ex natura rei non est: alioquin eius singularis: expo. pro. minor:  
natura Petri est distincta ex natura rei a singularitate non est natura Pauli;  
hoc enim deditur Sacra Sanctorum Trinitatis Mixtionem: quod est distincta a singu-  
laritate est hoc et non alia: sed natura est hoc, et non alia, quia singularis  
quod aduc ut distincta a singularitate est singularis

### Assertio tertia SIII.

Inter gradus metaphysicos datæ distinctio virtualis extrinseca non autem  
intrinseca. prima pars ita suadetur: distinctio virtualis extrinseca datæ  
inter illa quæ cum sint rei unica, et realiter indivisibiles pluribus tamen equi-  
valent ut accidit in gradibus metaphysicis expo. maior definitio est dis-  
tinctioni virtuali extrinsecq. pro. minor. gradus quidem meta-  
physice sunt rei unica et indivisibiles, pluribus autem rebus realiter dis-  
tinctis equivalent ut patet in homine, qui per animalitatem equivaleret  
to Angelo per rationalitatem &c.: ergo.

Secunda pars a contrariis probatur:  
distinctio formalis virtualis intrinseca non in capacitate ut de eadem re veri-  
ficantur a parte rei sine contradictione predicata contradictoria  
(sic illam explicari aduersarij) sed simili capacitate a parte repugnat:  
ergo. pro. minor. repugnat a parte rei capacitate ut idem res predica-  
tionem realiter affirmetur, et realiter negetur de eadem re: in hoc consistunt  
predicata contradictoria: quod pro. maiorem: solum realiter verificatur  
de re quod est realiter idem cum illa, negatur autem quod realiter distingui-

121  
tux: sed impliciter idemmet pro dictorum realiter idemficati cum alio erabil-  
to realiter distingui expo. §

## Præcipuum Scotistarum fundamentum deluitur s.s.

Trigues: illa de quibus prædicata contradictoria verificantur actualiter distin-  
guuntur: sed de prædicatis metaphisicis animali exempli gratia et rationali ve-  
rificantur prædicata contradictoria in se erante intellectus operationem: §  
actualiter in se distinguuntur non entitative §. formaliter conaturæ rei pro-  
xime minorem: in se erante intellectus operationem animal est principium sen-  
tendi non vero discutendi, rationale autem principium discutendi et non  
sentendi; sed esse et non esse contradictoria sunt: expo.

En arguuntur quo-  
sarii Scotistæ blandiuntur, aut obicere tamen eius falsitatis instantiis in  
contrarium oppositi abunde reprehenditur. Ex quo eligam inferiori  
notæ proximitate, in præmissis si aliquid contraxerit arguuntur distinctionem  
plurquam formalem adstruere deber: nulla enim maior distinctio quam il-  
la quæ inter esse et non esse versatur: sed dicunt aduersarij animal esse pri-  
cipium sentiendi, et rationale principij sentiendi non esse: § animal et ratio-  
nale infinita penè distinctione distinguuntur; nulla igitur maior, quam quæ  
inter esse et non esse exercetur.

Rursus notetur argumentum, suadet utique dis-  
tinctionem totius et simpliciter formalitatis a se ipsa; rationalitas enim unica  
est et simplex formalitas quæ nulla simplicitate: sed de hac contradictoria veri-  
ficantur, si verum est quod aduersarij profuerunt, pro minore: rationalitas  
est principium intelligendi simul et volendi: igitur aduersarij possunt ut principi-  
um intelligendi non esse principij volendi et contra: sed hæc contradictoria sy-  
stent esse et non esse principij sentiendi: ergo. deinde nulla valet assignare for-  
malitatis, quæ fluxa conaturata non respiciatur: §. dicere possunt secundum quod unum  
respicitur aliud respicere non valet: est sic contradictoria usque in infinitum ab illis ibunt

In forma ergo concessa maiori nego minorem. ad prædicationem nego maiorem,  
et minori concessa, nego consequentiam, bifariam animal et rationale vale-  
mus accipere præcisive videlicet, et positive, seu a parte rei sub prima acceptio-  
ne factæ animal esse præ principij sentiendi, non autem discutendi (ut ad-  
dicto proportionaliter de rationali) sic enim animal concipitur secundum esse me-  
taphisicum et objective distinctum a rationali; nihil §. mixtum, quod de illo sic accep-  
to aduersarij esse principium sentiendi, minime autem discutendi.

Diversitas de accidit dum animal et rationale possitive sibe ut a parte rei concipiuntur, pro ut sic enim nec animal et primum animal, nec rationale primum et rationale, sed utrumque unice est, et eadem formalitas virtualiter multiplex, sive pluresbus speciebus, quae simul est radix sensationis, et discursus. I. principij sentiendi et discurrendi. Quae propter nec de animali sic sumpto dici valet nec de principij discurrendi, nec de rationali principij sentiendi non est. Et haec doctrina aperte coarctatur Scoti contradictoria.

Dicitur tamen: homo per animal assimilatur eoque agens per rationale disimilatur et deficit: sed similitudo et disimilitudo est potest opposita, neque sunt ab eadem et eadem formalitate primum animal et rationale non unice, sed distincte uter formalitates et naturae rei. — Distingo maiorem: per animal assimilatur similitudine perfecta et pura, per rationale autem disimilatur disimilitudine perfecta et pura, nego maiorem: similitudine et disimilitudine mixta et imperfecta, concedo maiorem. Et distingo minorem: similitudo et disimilitudo pura et perfecta, concedo minorem: mixta et imperfecta nego minorem et convergentiam.

Dupliciter similitudo sicut et disimilitudo concipi valet in gradu scilicet summo et perfecto, utrumque in imperfecto et remoto in primo sensu similitudo inflexibilis est cum disimilitudine, et simul e contra summa et summa similitudo omnem proximi disimilitudinem rejicit, in secunda vero acceptione nullam incompatibilitatem, nec oppositorem praeferunt: siquidem contraria et opposita dicuntur illa, quae maxime in eodem genere distant: similitudo autem et disimilitudo imperfecte, sive in gradu remota, non distant maxime: igitur optime cohaerent in eadem essentia reali.

Doctrina haec clarioris demonstratur exemplo, licet enim quatuor primae qualitates in summo gradu contrariae et incompatibiles represententur, in gradu remoto, seu ad invicem attemperate in eodem corpore mixto optime coexistere possunt. Similitudo et disimilitudo summa obscuritati opponatur nec ut autem remota et imperfecta, per naturae potentis in crepesculis. I. idem dicendum disimilitudines et disimilitudine, convergentia et disconvergentia, et alij huiusmodi modi.

Replicabitur: disimilitudo idem est ac non similitudo: sed homo per rationale literam est eoque disimilitus: per rationale literam non est similis, obiendo per animal est eoque similis. Ergo homo per rationalitatem non est similis, sed disimilitus eoque. — Hae ultimam consequentiam quae non sequitur expressim: quia

fir transitu denegatione infirmitate ad negationem absolutam uti accidit in  
hoc vilipitimo: calor est non frigus: sed corpus mixtum habet calorem: exponit  
habet frigus: hęc autem consequentia illegitime infertur.

Conformiter tamen ad  
dicta aliter occurrere libet distinguendo maiorem: dissimilitudo idem est ac non  
similitudo summa, et perfecta, concedo. remissa et imperfecta, nego maiorem, et  
distinguo minorem: est leges de similitudine imperfecta, concedo:  
summa et perfecta, nego minorem, et consequentiam in sensu p[ro]p[ri]o distinctio-  
nis. doctrina hęc iam in superioribus explanata ulterius non indiget expo-  
sitione.

Inrabit tamen ex natura rei Petrus est similior Paulo quam ego: sed  
hoc ei non competit per unicam et simplicem formalitatem: ergo. propter mino-  
rem: ab unica et eadem formalitate eadem oritur similitudo ergo si Petrus  
ex natura rei similior est Paulo, quam ego distinetur ex natura rei formali-  
tatei importat. Concedo a maiori distinguo minorem: per unicam et eandem  
formalitatem eundem terminum respicientem concedo minorem: respicientem  
diversum terminum nego minorem. et sic distinctio antecedenti nego consequentiam.

Cum ergo similitudo dicatur per ordinem ad alterum, sufficit discrepantia bo-  
pate termini ad maiorem, et minorem similitudinem. Ius propter ut Petrus  
similior sit Paulo, quam ego sat est quod in Paulo inveniatur animal con-  
stanti rationali in ego autem separatum ab illo.

Quod quidem exemplo satis per-  
pignus aperte declaratur. Corpus enim A per eandemmet dimensionem, et  
quantitatem eguale est corpori B in eguale autem corpori C et hoc p[ro]xi-  
se quod corpus B eandem extensionem, et quantitatem, corpus autem C diver-  
sam dimensionem et quantitatem habeat ac corpus A. Igitur sola diversitas  
ex parte termini sufficiens est ad veritatem utriusque relationis, equalitatis  
scilicet, et in equalitatis, sic ergo philosophandum est in nostro casu.

Insuper: animal in se formaliter sentit: sed rationale in se non sentit formaliter,  
sed tantum identice: p[ro] de illis verificatur sentire formaliter, et formaliter non g-  
tine: hęc contradictoria sunt: p[ro] maiori concedo, distinguo minorem: non sentit  
formaliter meo daphnicæ, concedo, formaliter phinice nego minorem et conse-  
quentiam. Si quidem diversitas animalis a rationali indicat per se concep-  
tum meo daphnicum: phinice autem sunt formaliter idem: subinde futurum

phica formaliter sentit. Ad hoc replicabitur: animal a parte rei tribuit fundamentum, ut concipiatur tanquam primum vivens sensibile: sed rationale simile fundamentum non tribuit: q̄. de utroque verificatur in re contra dictoria. — Concedam maiori nego minorem: ipsum enim fundamentum, quod a parte rei tribuit animal, confert etiam rationale; quia a parte rei sunt unica et indivisibili entitas, ut satis claret ex hoc usque dictis.

Quod perfectiori caleantur unum nosteris oportet et rationale scilicet, sicut et animal sumptum a parte rei entitatem adequatam hominis significare: hoc autem cum in naturaliter multiplex confert intellectui fundamentum, ut in adequare, et in mixta vivens sensibile concipiatur. Igitur simile fundamentum prestat sive voce animalis, sive rationalis exprimitur. maxime q̄. rationale sumptum a parte rei intellectui prestat fundamentum, ut animal concipiat tanquam primum vivens sensibile, sive ut principium sentiendi.

### Cetera diluuntur argumenta. s. 6.

Arguetur primo: quod diversis definitionibus definiuntur eandem rationem formalem actu non impugnant: sed animal et rationale definiuntur diversis definitionibus, cum primum per principium sentiendi secundum autem per principium deicurrendi definiatur: ergo animal et rationale eandem actu rationem formalem non impugnant. Verum q̄. quod actu et formaliter coparticipata rei distinguantur.

Respondetur hoc eisdem actibus impugnantibus subiacet: rationale enim aliter definitur, ut deferantia hominis et aliter ut substantia incompleta: et tamen circumscripta formaliter ipsis Scotici annuuntibus: ergo. Deinde ens ut verum diversa definitione definitur ad definitur ut bonum in primo siquidem sensu per ordinem ad intellectum, in secundo vero per ordinem ad voluntatem sive ad appetitum definitur: sed ens ut verum non alia, sed eadem modo formaliter ut acut bonum in illorum etiam opinione ex eodem, quod prius.

In forma autem distingo maiorem: quod definiuntur diversis definitionibus adequatis, et attingentibus rem secundum esse quod in se habet, concedo maiorem, in adequatis, et rem attingentibus per se, nego maiorem, et distingo minorem diversis definitionibus adequatis, nego minorem, in adequatis concedo minorem et nego consequentiam. Et diversitate igitur definitionum quibus animal et rationale explicantur colligere non licet eorum actualem distinctionem.

tionem ante operationem intellectus. — Et enim dum animal per principium  
sentiendi definitur, non attingitur adequate, et secundum esse quod est natura  
rei habet: ita enim necdum est principium sentiendi, sed operandi etiam, et discen-  
dendi: solum ergo per dicta definitio animal attingit ut per se ipsum et per rationem  
ut contradistinctum a rationali, unde non infert utriusque actualitatem distinctionis  
operationis rei, sed unice per se ipsum et per intellectum.

Hic autem per se ipsa distinc-  
tio animalis a rationali sufficiens est ut intellectus animal ut primum princi-  
pium sentiendi, rationaleque res principium prae discurrendi concipiat, et pra-  
ut sic diversa de illis exactas definitiones, licet aliunde nullam actualitatem dis-  
tinctionem operationis rei in illis dignoscatur, sed unice virtuale, sive fundamentale  
quod ei propeat fundamentum et occasionem ad diversos conceptus eiusdem rei  
entitatis et formandos.

Dices primo: omnis definitio explicat rem prout est in se:  
ergo definitiones animalis et rationalis non explicant illa secundum esse quod ha-  
bent in statu per se bene tamen secundum illud quod habent a parte rei — Dis-  
tinguo antecedens: si enim in se phisice aut metaphisice, concedo. phisice per se  
ergo antecedens et consequentiam. Ergo libet enim res vales considerari velut est  
in se metaphisice, s. secundum esse phisicum quod habet a parte rei, in primo  
sensu animal per se bene definitur per esse principium sentiendi, in quo eius  
entia metaphisica consistit, in secundo autem talis definitio deminuta est:  
si quidem animal a parte rei necdum est principium sentiendi sed etiam dis-  
currendi ut plures habet.

Dices secundo quod diversitate conceptus colligitur  
actualis diversitas objectorum: sed animal et rationale per diversos conceptus  
agnoscuntur: s. ad invicem actualiter distinguuntur. — Intra: animal et  
rationale concipiuntur conceptibus realiter entitative distinctis ergo realiter  
entitative distinguuntur. Informa nego antecedens: quia diversitas concep-  
tus et formos sufficit virtualis distinctio vi cuius rei pluribus equivale  
percipi vales prout huic equivales, s. illo. Sed de hoc futuris disputationibus  
apponenda.

Arguit secundo: compositio est distinctio unio: sed inter animal et  
rationale datur actualis compositio operationem intellectus antecedens, ut  
homo ex animali et rationali procul ab omni fictione componatur. s. — Capies  
maiori negotio inaxem, quia homo compositus ex animali et rationali rangus  
Ex genere et differentia: cum autem a parte rei solum datur genus, et differentia

fundamentaliter non actualis, sed verice fundamentali datur composita sufficienti  
 ut genus concipiatur ut contrahibile, differentia autem per modum contrahentis et ex  
 utroque tanquam ex duplici parte per rationem distinctam homo metaphisice con-  
 ponatur.

Ad primum. 3. singularitas est contra hominis essentiam, quia essentialiter dis-  
 tinguitur ab homine: consequentia infertur et antecedens pro se patet: quia  
 singularitas non cadit in hominis definitione, confirmatur primo: singula-  
 ritas est accidens respectu naturae humanae, huius enim accidens esse singularitatem:  
 sed accidens actualiter ex natura rei distinguitur a subjecto. Confirmatur  
 secundo: singularitas non desumitur ab eisdem principiis ac natura: hoc enim  
 a forma, illa vero a materia signata quantitate desumitur: sed quae oriuntur  
 ad idem principium saltem, natura rei devent distinguuntur: ergo.

Ad argumentum  
 distinguo antecedens: est contra essentiam metaphisicam naturae concedo: contra  
 essentiam phisicam, nego antecedens. Quia licet homo possit concipi quoad  
 sua metaphisica praedicata sine singularitate, contrarium tamen accidit dum  
 consideratur in metaphisico, in hoc enim natura humana nequit a Petro,  
 Paulo, l. altero singulari praeserinde, per quod patet ad primam confirmatio-  
 nem, quia naturae humanae phisicae sumptis non accidit quod individua sit,  
 huiusmodi immo repugnat naturae phisicae, quae singulari non sit et deter-  
 minata.

Ad ultimam confirmationem dic ab eisdem principiis saltem intrinse-  
 cis et immediatis desumi naturam et singularitatem, sicut ex generis, et diffe-  
 rentia sumuntur exim a toto composito secundo gradus magis, aut minus  
 determinatum ut habetur ex praedicabilibus nec contrariis, ut in Thomistis  
 commune dicitur singularitatem scilicet desumi a materia signata quan-  
 titate: ab hac enim solum remote et radicaliter, non autem proxima et im-  
 mediata desumitur.

Ad primum quarto: in secundam partem textus attentionis:  
 actus contritionis est amor Dei, et odii peccati, sed de formalitatibus amo-  
 ris et odii verificatur sine ulla contradictione praedicata contradictoria  
 in quo ita distinctio actuali intrinseca, quae proinde minorum: amor in actu  
 terminatur ad Deum, et odium ad Deum non terminatur: sed termina-  
 ri et non terminari contradictoria sunt: quod. Male ergo quoad primam partem  
 irreparabili est, ex quo ad secundam suadatur: odium dicitur odio habitus  
 subjecti illud ad quod terminatur: sed odium quoad in actu charitatis rege-

ziter non denominat Deo odio habity: expo. — Maiore concata, nego minore,  
ad probationem nego maiorem, ad huius probationem distingo maiorem de-  
nominat odio habity subjecty capax simili denominationi concedo: subjecty  
cui tales repugnat denominationi nego maiorem, ex concessa minore consequen-  
tiam. Licet enim odij peccati in actu contritionis materialiter extrinsece  
terminetur ad Deo quatenus ipsa conuersio ad Deum simul et auersio a peccato,  
illum tamen non denominat odio habity.

Dicitur ratio ex eo sumitur quod licet De-  
us capax sit denominari odio habitus per odium procedens ex propria cognitione ipsius  
ut odibilis non autem per odium peccati procedens ex propria cognitione Dei ut ora-  
bilis super omnia. Unde sicut dicitur aringit rationalis esse uniuersum pedis, quod  
ob eius incapacitatem illud dicitur dicitur denominari, sic etiam auersimus odium  
peccati terminari ad Deum quia illi propter denominationem odio habi-  
ti ob repugnantiam ad similem denominationem accipiendam.

Ex dictis colli-  
get distinctionem virtualem actualem non esse, sed maxime potentialem sive  
fundamentalem. Nihil uellit dicere (ut terminis pueriliter ludas) esse actua-  
lem virtualem, seu virtualem actualiter: hoc enim nihil aliud sonat quod  
non esse in potentia ut sit distinctio potentialis modo quo quavis potentia  
in potentia non est ut potentia sit. hoc dixi contra pluresque in casibus  
hinc inde opinionem nostram uocatus ab Scotica distaxe, cum tamen to-  
to celo quolibet alteri aueris etra.

Questio secunda an Gradus metaphisici  
valeant simpliciter objective prescindendi

Prelibantur aliqua, et aponuntur sententia SI.  
Axioma prout ad prout est unum conceptu rinealis secundum identificato, quod  
ex humanae mentis imperitate accidere potest quod in opud omnes: cum enim  
unico utra dicam intuitu nequeat rem per se dignitate illam in variis  
conceptus, sive formalitates dividit ut dilucidiora reuenta ofezantur que per  
mixta confute a parabant, igitur ad perfectio hominis cognitionem plurimum  
iubar illius entitatem in variis formalitates, sive gradus recare, ut quolibet  
eorum seorsim ab alijs contemplato distinctius dignoscatur homo. Nota uero  
prescissionem informalem e objectis partiu. prima datur dum intellectus totum  
objecty cuius formalitates attingit in ordinem tamen ad unicum operationem, sive

constat, sic cognitio attingens hominem in ordine ad sensationem omnes quidem formalitates eius, et predicata dicitur, adeo tamen tenet licet ut si illius cognitionis veritas possit affirmare hominem sensibilem esse. hinc sensibilitas clare, alij vero formalitates confuse, et obicue nimirum per similem cognitionem attingentem, et cognitio denominatur.

Præcisio autem objectiva est intentio-  
nalis divisio unius formalitatis ab alia ex parte objecti correspondens, sive  
distinctio rationis adæquata inter formalitates eiusdemmet entitatis, quæ  
accidit, dum intellectus entitatem aliquam intentionaliter partitur in va-  
riis formalitates, et conceptus quorum nullus aliud objective includat, nec  
expresse nec implicite. Ita fere Eminentissimus noster Cardinalis de Fleu-  
ze, qui rem istam ut mori habet serio et maturo satis meditatur.

Alias tamen ut vocis litigij aufugiat aut cum Iesuitis, et communi recen-  
sioꝝ opinione nomine præcisionis objective nihil aliud significari quam  
cognitionis, alio secum identificato nullo modo cognito, sive omnino prætermissio.  
Ita ergo præcisio objectiva, et si minus recte cum communi tamen sententia  
explicata disputandum assumimus an ostuenda sit inter gradus metaphi-  
sicos eiusdem phisicæ entitatis, et an inter illos unica intercedat præcisio for-  
malis sicut nuncupata, quia vice versa ex parte intellectus attingentis ton-  
tum objecti modo tamen ad in ordine ad unum constatur, modo tamen in ordi-  
ne ad aliud.

Nominales formalium præcisionem propugnauerunt, quæ non opinio-  
nis oblivionis pulvere cooperata recentioris Societatis circumlaxit illam modicus  
in Thomistas defensores, contraria autem in Scala Stapelæ præceptoris  
satis communis a phisicis Iesuitis, Scotis et fere omnibus satis eruditæ pro-  
pugnata.

## ASSECTIO NOSTRA SII.

Gradus superiores eiusdem phisicæ entitatis valent ab inferioribus objective  
precedi. Sic Patens noster Anselmus capite decimo septimo monologij per  
hæc verba: cum enim aliquis homo dicitur corpus et rationalis, et homo,  
non uno modo et consideratione dicuntur hæc tria: secundum alium enim  
dicitur corpus et secundum aliud rationalis, et simpliciter eorum non est totum id  
quod est homo. Ergo secundum unam considerationem homo dicitur cor-  
pus et secundum aliam rationalis: existit. q. consideratio, quæ solum in.

attingit gradus corporis in homine: sed in hoc erat objectiva precisio: ergo.

Primum notis ad stipulatur ut auctor doctor Angelicus primo contra gentes capite quinquagesimo quarto sic aient: intellectus ea quae sunt in se coniecta in rebus diuinitatis accipere potest quodam unum eorum in alterius rationem non ca- det; et propter hoc considerari potest in animali rationale id quod est sensi- bile rationem.

¶ Ratione stabilis auctio: inter illa locum habet objectiva precisio, quae unum cognoscitur alio secum identificato nulatenus cognio, sine pro sui ipso- rati: sed hoc accidit in gradibus metaphisicis animalis et omnia gratia et ra- tionali: ergo. proo minorem: per actum quo animal metaphisice definitur cognoscitur ab intellectu illo definitore: sed tunc nulatenus cognoscit ex ra- tionale: §. proo maiorem: per actum quo animal metaphisice definitur uni- ce attingitur eius essentialia praedicata nempe vivere sensibile: cum defi- nito unice explicet essentialiam objecti definiti: sed dum solum attingitur vi- uere sensibile nulatenus attingitur rationale: §.

¶ Proo et explicatur: ac- tus definiens metaphisice animal nulatenus attingit quod est extra essentialia metaphisicam animalis: sed rationale est extra essentialia metaphisicam animalis: §. minor abinde ex precedentibus constat, traditurque ab An- gelico praecipue prima parte questionis 3. articulo quinto aient: genus est extra conceptum differentiarum. proo maiorem: actus definiens metba- phisice animal non propreditur ultra essentialiam metaphisicam ani- malis alia definitio eius redendans: §. non attingit quod est extra essentialia metaphisicam animalis.

Denique actus hanc proprio rationem formationis: con- ne principij sentiendi est animal prescindit objective animal a rationali: §. possibilis est objecta precisio: proo antecedens: similis actus solum cognos- cit animal ex parte praedicati: sed actus solum animal cognoscens prescindit illud objective a rationali: ergo. proo maiorem: talis actus unice expres- cit ex parte praedicati quod de subiecto affirmati: sed solum animal affir- matum de subiecto, saltem enim est quod omne principij sentiendi sit ra- tionale: ergo.

Dicitur Iacobus quantlibet cognitionem attingentem animal simul etiam attingere rationale, utrumque enim unice est et indivisibile essential quod sufficit ut nullo pacto alterum valeat sine alio degnosci, igitur diuini.

animal per principis sciendi definitur attingitur quidem rationale licet per ordinem ad sensationem, sive quod idem est tunc dignoscitur homo sub speciale minore sentiendi seu in ordine ad sensationem. Sed solutio hęc preterquam quod illam relinquit vim per facti definitionis validissimi impugnationibus reperiatur primo: quia licet ratio coloris, et ratio veri in eadem et indivisibilis entitas nisi similem entitatem attingit sub ratione coloris, quin illam percipiat sub ratione veri. Secundo nulla maior identitatis quam illa quę inter <sup>unam</sup> naturam datam et trinitatem, et tamen Aristoteles alij ex antiquis philosophis unum Deum cognoverunt nullatenus cognita trinitate personarum: quę ex identitate ex trinitate minime in fortiter alterę sine alio cognoscitur non potest.

Sexto: licet dum animal cognoscitur univērsale sentibile attingatur simul rationale non tamen per ordinem ad discursum, sed unice per ordinem ad sensationem, seu quod idem est cognoscitur rationale ut sentibile non nec ut discursivum: ergo gradus sensibilitatis procedit objective a gradu discursivi: sed hi gradus identificantur realiter in homine: ergo solutio tenetur adstruere objectivę perceptionem, quam impugnat.

Quarto: rationale essentialiter est principium discursivi: sed dum cognoscitur animal non cognoscitur rationale ut principium discursivi ipsa annuente solutione. Tercio: dum cognoscitur animal non cognoscitur essentialiter rationale, subinde inter utriusque essentialium intercedit perceptio objectiva. Quinto: explicatur: non cognita essentialiter rationale, nec ipsum rationale dignoscitur: sed per actum cognoscentem animal non cognoscitur essentialiter rationale quę pro minore: essentialiter rationalis ver in ordine est tendentia transcendentali ad discursum, cum essentialiter principium discursivi: sed per actum cognoscentem, sive definitivum animal similis tendentia non cognoscitur, cum solum dignoscatur ordo ad sensationem: ergo.

Sexto: non cognoscitur discursu, nec ipsum rationale cognoscitur: sed dum homo cognoscitur in ordine ad sensationem, discursus non cognoscitur: ergo pro modo maiorem termino relationis non cognito, nec ipsa relatio dignoscitur: sed discursus est terminus relationis rationalis esse, et in trinitate relati ad discursum: ergo.

Septimo ordo ad discursum et ordo ad sensationem ut pote relationis transcendentales identificantur cum homine: sed dum cognoscitur homo in ordine ad sensationem non cognoscitur ordo ad discursum. Idem annuente: ergo ex

duobus identificati altero cognoscitur alio proxi<sup>o</sup> ignozaro in quos stat objec-  
tiva precisio.

Alia haud inefficaci ratione iterum stabilitur assertio: datur  
actus attingens animal ut univocum: sed simili actus nullo modo attingit ra-  
tionale: q. proxi<sup>o</sup> minorem: actus attingens animal ut univocum, illud attingit  
ut partem rationem conveniendi: sed actus attingens animal ut partem ratio-  
nem conveniendi, nullo modo attingit rationale, cum hoc non sit ratio con-  
veniendi: q.

Confirmatur: actus cognoscens animal ut univocum attingit ex  
parte objecti rationem omnino eadem in qua univocatio consistit: sed ra-  
tio omnino eadem nullo modo importat rationale quod est ratio diver-  
sificandi: ergo q.

Replebitur: aducin ad versa opinione posse concipi animal  
ut univocum, quia et si rationale simul cum animali offeratur ex parte ob-  
jecti, non tamen clare et per ordinem ad discursum tanquam ad proprium  
connotatum, sed confuse et per ordinem ad sensationem in quo unice respicitur  
del ratio pura conveniendi uti exigit univocatio propriae alii. = Sed ex ra-  
tio hoc facilius impugnatur a parte, quia conceptus univocus nec explicit nec  
implicitate importat rationem differendi: ergo si animal satis confuse im-  
portat ex parte objecti rationale, nequit ut univocum concipi. Assumptum  
patet in ente, cuius analogiam plures ex adversariis defendunt: quia  
et si pro explicito a differentiis precipiatur, illas confuse et pro implicito in-  
cludit.

Deinde ratio significata per animal includens rationale est partim  
eadem, et partim diversa: ergo animal includens rationale ex parte objecti  
est proprie et simpliciter analogum. Consequentia patet a definitione ad  
definitum. proxi<sup>o</sup> antecedenti: ratio significata per animal includens  
rationale est sive sensibile discursivum: sed sive sensibile dis-  
cursivum est ratio partim eadem, et partim diversa: siquidem homo con-  
venit cum bruto per sive sensibile, a quo diversificatur per discursi-  
vum ergo.

Denique roboratur assertio: inter animal et rationale  
intercedit distinctio rationis: ergo etiam objectiva precisio. Ante-  
cedens necdum admittitur, sed r additur a Tertio. proxi<sup>o</sup> conse-  
quentiam: inter illa extrema distinctio rationis intercedit quoniam  
per rationem non est aliud, sed inter illa quoniam per rationem  
non est aliud datur etiam objectiva precisio: q. proxi<sup>o</sup> minorem: illa quoniam

verum per rationem non est aliud reinducta et intentionaliter separata  
sed in hoc maius per se objectiva, quae per proprios conceptus est scilicet intentiona-  
lis unius ab alio reinducta: g.

## Sim Iesuitary argumenta confringit.

Argumentum primo: repugnans est quod animal cognoscat et non cognosca-  
tur sed hoc contingeret data perceptione objectiva: pro maiorem: simi-  
li data perceptione cognosceret animal nullo modo cognito rationali:  
sed rationale non cognito nec animal cognosceretur: ergo cognosceretur  
animal et non cognosceretur: maior eius communis definitio perceptionis  
objectivae pro maiorem: rationale est idem ac animal: g. rationale  
non cognito, nec animal cognosceretur.

Verum tunc primo indivisibile aut totum  
aut nihil contingitur sed animal et rationale sunt una et indivisibilis  
entitas: ergo cognito animali, necesse est quod etiam rationale dig-  
noscat, necesse est illis dignoscitur. Secundo per cognitionem  
per se cognoscitur hoc animal: sed hoc animal est hoc rationale: g.  
Tertio per quolibet cognitionem animalis cognoscitur animal quod est in  
re: sed animal quod est in re est rationale: g.

Argumentum hoc per accidens  
quidem reflexionibus rationum sine continet. Invenitur opinio, in ipsa  
tamen eiusdem feret terminis retroque: primo: data perceptione forma-  
li animal cognosceretur clare et clare non cognosceretur sed hoc contra-  
dictoria sunt: g. pro maiorem: data perceptione formali animal clare  
cognosceretur non cognito clare rationali: sed rationale clare non cog-  
nito nec animal clare cognoscitur: g. pro maiorem rationale est idem  
ac animal: g.

Secundo: indivisibile aut totum aut nihil contingitur: sed ani-  
mal et rationale sunt una et indivisibilis entitas: g. animali ergo per cog-  
nitionem formalem per se cognoscitur hoc animal: sed hoc animal est hoc rationale: g.  
Tertio: per quolibet cognitionem  
animalis per se cognoscitur animal, quod est in re: sed animal quod est  
in re est rationale: g.

Ad argumentum in forma duplici negata minori,  
distinguo antecedens: idem enim philosophice concedo antecedens: metaphysice ne-

go antecedenti et consequenti: igitur cum phisica entitate animalis et  
rationali horum comparatur metaphisica dimittit in eo consistit, quod  
essentia metaphisica unius sit extra metaphisicam essentiam alterius.  
quod quidem sufficere indicamus ut in effectu unum valeat percipere si-  
ne alio: potest namque predicata essentialia cuiuscunque predicari conside-  
rare nihil cogitando de deiji ut accidit dum animal dicitur per vivere sen-  
sibile rationale per principij dicitur.

Sine facile capies quomodo  
animal attingi valeat nullatenus a actu rationali, sine periculo quidem  
contradictionis, quam contendit Terentius esse enim quod animal  
cognoscatur rationale incognito unice requiritur illud cognoscitur secundum  
esse metaphisicum quincognoscatur propter esse apax rei identificatur  
cum rationali igitur cognosci et non cognosci dixerim de competenti ani-  
mali in quo nulla propter involvitur contradictio.

Replicabit actus cog-  
noscent animal attingit realitatem sive esse reale animalis: sed animal  
secundum naturam esse reale et rationale: quod actus cognoscent animal at-  
tingit etiam rationale. Distinguo maiorem: esse reale animalis metaphi-  
sice sumptum, concedo maiorem: sumptum phisice, nego maiorem, et distingo  
minorem: secundum naturam esse reale phisice sumptum, concedo minorem:  
metaphisice consideratum, nego minorem et consequentiam.

Dum ani-  
mal per actum percipitur attingitur esse cognoscitur quod essentialia  
predicata quae quidem realia sunt, non enim fingitur quod animal  
sit vivere sensibile: ex hoc autem minime infertur quod tunc simul  
attingatur rationale, quia licet animal phisice acceptum sit idem actu-  
rationale, secus accidit dum consideratur metaphisice quod invenit solum  
concepitur eius esse reale inadequatum, secundum quod solem dicit esse  
principij veniendi seu vivere sensibile.

Instabit tamen: esse meta-  
phisicum animalis identificatur cum esse phisico ipsius: sed rationale  
etiam identificatur cum esse phisico animalis: quod identificari debet cum  
esse metaphisico: quod cognito animali quod esse metaphisicum  
simul cognoscitur rationale. Cetera constant maiora autem exco-  
perat quod animal metaphisice acceptum est ipsummet quod phisice,  
et realiter existit. Distinguo maiorem: esse metaphisicum anima-

Usumque physice accepto sumptum metaphisice negotio maiorem, et con-  
 ceam in minori de quo consequens, etiam cum eis metaphisice physice sumptum  
 concedo: sumptum metaphisice nego consequentiam, et illatque ex illa

Placet quidem et metaphisice animalis identificari cum seip-  
 so physice accepto subindeque cum rationali; si autem metaphisice  
 accipiatur similem identitatem non imponat, sic enim vice dicitur  
 eis metaphisice predicata ab statu physico et existente precisa: ni-  
 hil ergo minus quod prout sic animal cognoscatur rationali omnino  
 protermissio ut pote nulli dicente identitatem cum animali in statu meta-  
 phisice et precisionis.

Insister: vii silogistica in eo potissime consistit quod  
 quicquid affirmatur de subjecto debeat etiam affirmari de omni identificato  
 cum illo: sed de animali verificata esse cognitio cognitione precisa: ergo  
 hoc etiam debeat affirmari de rationali identificato cum animali, i. ais silo-  
 gistica firmi non habet fundamentum. Alia sunt extra maiorem autem desu-  
 mitur ex illo principio: quae sunt eadem in textu sententiarum inter se.

Distingo maiorem: quidquid affirmatur de subjecto in re sive physice eade  
 quae sumptum, concedo: metaphisice et in adaequate consideratione nego  
 maiorem et distinctam in minori, consequentiam. Animal enim metaphisice  
 consideratur identificatum cum rationali non dicitur, sed ab illa in hoc sensu  
 praecedit quod quicquid quod aliquid de animali sic accepto verissime as-  
 seratur quod non affirmatur de rationali: recusat accidit de animalis su-  
 mitur physice quae in re ut pote identitatem dicens cum rationali de  
 hoc etiam affirmatur omne id quod assertum de illo.

Sed insurgit immediate:  
 ergo quod convenit animali precise et ut distincto a rationali nequit vere  
 de rationali affirmari: ergo hic silogismus illegitimus est: animal est prin-  
 cipium sentiendi; sed rationale in re est animal: ergo rationale in re est prin-  
 cipium sentiendi. Atque; quia omnia principia sentiendi competunt animalibus  
 a rationali distincto. — Distingo primum consequens: si affirmatur de illo ut  
 distincto, concedo; si affirmatur de illo sub alia consideratione nego primum  
 et secundam consequentiam. — Ergo principia sentiendi necdum conve-  
 nit animalibus a rationali distincto, sed etiam physice et in re, quae in  
 statu est idem cum rationali: quid ergo quod in praedicto silogismo

affirmetur rationale esse in se principij sentiendi, sicut affirmetur esse in se  
idem cum animali. Cuiusmodi esse cognitum cognitione precipua et in ad equa-  
ta solent affirmari de animali, ut a rationali distinctio: ideo que similitudo cog-  
nitione attingitur animal nullo modo atactu rationali.

Itaque dicitur distinctio precipua  
cognitiva et rationis insufficientis est ut de animali realiter verificetur quod re-  
aliter non verificatur de rationali. Exponitur illius distinctio negatur affirmari  
de animali, quod est realiter cognitum quia hoc etiam de rationali affirmatur,  
quo omnino veritas obiectiva precipua non est. Distinguo antecedens: ut  
aliquid verificetur de animali physice sumpto, quod non verificetur de ra-  
tionali concedo: de animali sumpto metaphysice et precipue, subdistinguo ali-  
quid pure extrinsecus adiectivum contentionale nego. aliquid physice tale,  
substantivum et intrinsecum concedo antecedens, et nego in contentione con-  
sequentis.

Distinctio rationis insufficientis est ut animali in sensu physico et a-  
parte rei aliquid realiter conveniat quod non verificatur de rationali:  
aliter tolleret physicam identitatem; sufficienti tamen habetur ut animal de-  
nominetur realiter cognitum quia hanc denominationem accipiat rationa-  
le: quia animal esse realiter cognitum sine rationali non est esse aliquid in  
se distinctum a rationali, sive aliquam rem que non sit realiter rationalis,  
sed unice esse a rationali precipue subjectum que supra quod cadit extrinse-  
ca denominatio inadeguata cogniti.

Ut autem replicam liberius deobis nota-  
dy cum Collectio Complutense. Licet cognitum dupliciter posse sumi substantivum vide-  
licet et adiective, nomina autem substantiva secum afferunt suppositum  
adiectiva vero non afferunt reum suppositum sed applicant suum significatum  
subjecto sive substantivo. Cum ergo dicitur rationale non est realiter cog-  
nitum. Licet cognitum non est accipiendum substantivum: facit enim hunc sensum:  
rationale non est res, que realiter cognoscitur, quod quidem falsum est  
aduc supposita precipitatione obiectiva.

Manet ergo quod licet cognitum summatur  
adiective sic enim precipua propositio venit ita intelligenda: rationali ut tali  
non applicatur denominatio cogniti, sive a rationali res talis non est cognitum,  
quod verum est supposita cognitione precipua, que quidem attingit animal ut  
animal, et ut distinctum formaliter per rationem a rationali, ideo animal  
realiter cognitum denominatur quia similem denominationem precipue a rationali.

licet aliunde idem sint physice et ex parte rei.

Præsertim insurgit: ergo quia animal metaphysice distinguitur a rationali concipi valet sine illo: sed distinctio metaphysice a rationali, quia sine rationali concipitur, cum distinctio metaphysice pendeat a conceptione: ergo concipitur sine rationali, quia sine rationali concipi, quod est a pæta petitio principij.

Distinguo consequens primum: quia animal metaphysice fundamentaliter distinguitur a rationali, concedo: formaliter, nego consequentiam. et distinguo subsumptum: distinguitur metaphysice formaliter, concedo: fundamentaliter nego consequentiam.

Idem est saltem ex parte objecti animal concipi sine rationali, ac per rationem ab illo distingui metaphysice, quæ rationis a priori quare animal valeat concipi sine rationali, ab eaq. per rationem distingui sumitur ex utriusq. fundamentaliter, seu virtuali distinctione, cuius beneficio valet intellectus entitatem hominis concipere inadæquate quatenus conotat sensationem, et aliam perfectionem ex illis, quæ in diversis entitatibus concipiuntur disperse.

Denique insurgit: distinctio virtualis formalitatem non sufficit ut eadem entitas producatæ secundum unam formalitatem et non secundum aliam: ergo nec ut cognoscatur una, alia secum identificate non cognita = permissio antecedenti (caput Jesuitar. falso nego consequentiam obnotam disparitatem: quia productio terminatur ad esse prout in statu physico, cum illi actio tribuat rei existentiam quid ergo quod tota entitatem attingat.

Porro intellectus naturalis sui præsentibus (alias nec formaliter præseinderet) attingere valet res sub abstractissimis rationibus ab existentia præsentibus ut palam est in objecto scientiarum quæ rationis præcipua ipsa demonstratione præsentia quæ quæ enim in temeris experitur multo et essentia hominis contemplari nullam ratione facta huius, vel alterius.

Satis ergo dictum contra ad illa quibus arguuntur, expectetur ad primum tamen dignum animal et rationale esse unum indivisibile physice posse autem intentionaliter et metaphysice dividi ob eorum rationem ad diversas operationes quæ sat est utriusq. cognoscatur alio non cognito = Ad secundum dic per cognitio præsentiam cognosci hoc animal quæ ad esse metaphysicam quo in sensu non dicit esse hoc rationale nisi tantum per negationem = ad ultimum distinguo maiorem: animal quod est in se ut in se est, nego. ut est metaphysice, et

procedive, concedo maiorem minorem, et nego consequentiam.

Ubi haec autem his  
similima facilius dissolvat per oculis habendy frequenter apud adversarios esse de  
sensu identico et materiali, minus quidem dialectice ad formalem prolixo.  
pater supra appositis ultimus sibi eduplici syllogismo: dum cognoscitur animal et  
cognita est cognita sed rationalitas est res cognita. q. Vixit animal hominis  
cognoscitur; sed animal hominis est rationale. q. ubi est identitate animalis et  
rationalis in sensu phisico inferitur rationali convenientia, quod in sensu metaphisico  
convenit rationali. ideo per predicta argumenta rationali potius paradoxo tunc, quam  
syllogismo ut videtur est in subsequenti: animal essentialiter est metaphisice est  
principij sentiendi: sed rationale est idem ac animal. q. rationale est essen-  
tialiter et metaphisice principij sentiendi.

Argues. 2. plura distinguuntur,  
quorum unum negatur cognosci sine alio. p. potius titulo ex his quae indistincta sunt  
negatur alteri sine alio cognosci antecedens potest in correlativis quae licet dis-  
tincta simul sunt natura et cognitione, consequentia contraria a paritate. nego  
paritatem; quia correlativa essentialiter ad invicem distinguuntur unde quae  
libet cognitio, (utrumq. attingit), neutrum; animal autem est de extra essentialiter  
et metaphisice rationalis, et e contra, quod sufficiens est ut essentialiter alterutrum  
cognoscatur non cognita alia.

Replicabis: strictior est conexio animalis et ratio-  
nalis, quam correlativorum; prima enim identica est secunda vero secunda. q. nego  
antecedens propter ipsam rationem replici; quia correlativa essentialiter conne-  
xentur animal autem et rationale solum materialiter phisice et identice.

Argues. 3.  
quod objective ab alio prescindit sive cognoscitur sine illa distinctam habet cog-  
noscibilitatem: sed animal et rationale eandem cognoscibilitatem habent: ergo.  
maior extra videtur quia distinctis cognitionibus distinctae etiam cognoscibili-  
tates respondent: propter minorem: unica et indivisibilis entitas unicam et in-  
divisibilem habet cognoscibilitatem, cognoscibilitas enim sequitur ad ens; sed  
animal et rationale sunt unica et indivisibilia entitas nec ideo entitativè dis-  
tingua: ergo.

Distinguo maiorem: distinctam habet cognoscibilitatem virtuali-  
ter concedo maiorem phisice formaliter nego maiorem, et distingo minorem uni-  
cam phisice et formaliter concedo, virtualiter nego minorem et consequentem.  
in quo sensu ultimus explicat syllogismy, quia licet homo unicam habeat phisice  
cognoscibilitatem illi representantem secundy re totq. seu in ordine ad sensa.

tionem et discursus ad alia similis cognoscibilitas virtualiter multiplex est si-  
cut et entitas ad quam requiritur.

Idem autem virtualis multipliciter sufficit ut homo  
recipiat: quod quidem ita evenit in essentia existentiam identificante, hęc enim subsistentię  
realiter recipit ut constat ex dictis.

Et ne solutio parum tuta adverteat apparet sic ad  
hominem contra illos rursus stabilitur: existentia est ultimus actus essentię in linea entis. <sup>9</sup>  
non est ultimus actus essentię ut essentia est, vel in esse nature: ergo licet essentia limitatur  
in linea entis per receptionem existentię, non tamen limitatur ut essentia est, sive in esse  
nature: ergo prout sic existit infinita; si autem hoc concedere renuunt nobiscum amigabili-  
ter fatentur essentiam necdum in esse substantię, sed etiam in esse entis per subsistentię  
+ xi limitatur.

Arguitur 3. quod est indifferens ad aliquid et eius superioris realiter distingui-  
tur ab illo: sed essentia creata indifferens est ad existere, vel non existere; cum nulla ex-  
acta existat necessario: ergo essentia creata realiter distinguitur ab existentia. Intra:  
existentia creata indifferens est ut existat vel non existat, et tamen non distinguitur  
ab existentia nisi dicatur a se metipso distingui. <sup>9</sup>

In forma ergo distinguo maiorem:  
quod est indifferens physice et objective, concedo, logica et objective, nego maiorem: et  
distincta minore, nego consequentiam. Alia siquidem est indifferencia et subjec-  
tiva, quealis materia ad recipiendas formas oppositas, que quidem cum datur in ma-  
terię existentię, inferit distinctionem eius ab utraque forma, salva tamen enim idem esse  
et physice materię sub qualibet ex illis.

Alia vero est indifferencia logica et  
objectiva essentię ad existendy, vel non existendy, in eo consistens quod essentia concipi-  
atur tanquam objecty quoddam de quo vere potest affirmari quod existens sit,  
vel non existens. Itaque tamen ut dicitur de illo verificatur quod non est existens non con-  
cipitur tanquam subiecty physice recipiens non existentię; alias haberet esse dy  
ad hoc non existit, sed dicitur tanquam objecty de quo negativę quod existat sive de quo  
dicitur nondum esse in re et in natura.

Dicitur autem de essentia verificatur quod est  
existens, significatur illam esse in re et in natura, sive esse physice habere, sic autem  
non est indifferens ad existendy, vel non existendy: sicut enim quod essentia habeat  
esse physice producta est et existens, minime vero cum indifferencia ad existendy,  
vel non existendy. Sine tibi placeat dicere potest essentiam indifferenter esse ad exist

tendy, et non existendy ut subjecty propositionis, pro vero ut subjectum receptionis. 155

Replicabis: essentia requirit concipi cum predicato opposito illi cum quo identifica-  
tex: sed ~~potest~~ concipi valet cum predicato opposito existentis, potest enim concipi non  
existens: ergo quia non identificatur cum existentia = Dic existentiam actualem de  
qua in presenti non potest concipi ut non existens: essentia enim actualis idem omni-  
no est ac existens; que enim non existenti nec actualiter est, sed objective potentialis.

Argues quarto: solus Deus per suam essentiam existit ut habet ex adis. Ergo  
cum qui sunt, ergo creatura non essentiam: ergo per aliquid ab essentia distine-  
tum: Intra existentia creata que existit per semet ipsam, sive per suam essen-  
tiam. Unde distingo antecedens: solus Deus per suam essentiam existit necessario,  
concedo, contingenter et defectibilitex nego antecedens, et proxima distincta, ite-  
dem nego ultimam consequentiam.

Sic Deus per suam essentiam existit ut reicon-  
veniat existere ex conceptu formali, et metaphisico; cum enim essentialitex includat  
omnem perfectionem, necesse erit etiam imponer existentiam, hęc ergo Deo con-  
venit essentialitex et omnino necessario. Creatura autem ita existit per suam essen-  
tiam ut possit etiam non existere, quia licet existentia phisice identificata sit cum  
eius essentia, non tamen est de eius essentiali et quidditativo conceptu.

Replicabis:  
quod convenit creature per suam essentiam non convenit ei contingenter: sed crea-  
tura existit per suam essentiam: ergo non existit contingenter, sed necesario  
sicut ipse Deus = Distingo maiorem: quod convenit creature per suam essen-  
tiam formalitex et metaphisicā sumptam concedo: phisice et entitative con-  
sideratam, nego maiorem, et distincta minora, nego consequentiam.

Quod: g.  
creature convenit quidditativa, et phisice necesse est quod in omni statu et mensu-  
ra ei conveniat, subinde et indefectibilitex, et necessario, existentia autem so-  
lum convenit creature ratione sui essentis phisice et entitative consideratę, si-  
ve quod idem est potest iam in statu productionis: qua propter se autem dicitur esse phi-  
sicum, creature accidentalitex et contingenter produci, sic etiam debet dici quod etiam  
existit contingenter.

Argues 5. existentia valet realitex separari ab essentia: ergo ad in-  
vicem realitex distinguuntur. pro vero antecedens: Deus potest facere quod Deus non  
existat, minime vero quod non sit animal rationale: ergo nego antecedens. ad pro-  
rationem distingo antecedens: non vero quod non sit animal rationale phisice  
et entitative, nego. metaphisice concedo antecedens, et nego consequentiam. Quia

Quia licet Deus non possit destruere essentiam rerum quoad esse metaphysicum: quia sic sumptim incorruptibiles sunt valet tamen destruere esse physicum illarum ob contrariam rationem.

<sup>3</sup> Sed dicitur: destructa existentia Petri, hęc propositio est falsa: Petrus est existens. hec autem vera: Petrus est animal rationale, ergo quia destructa existentia Petri aduc permanet eius essentia, quę est predicatum verificans secundum propriam positionem. Distinguo antecedens: hęc autem vera Petrus est animal rationale metaphysica et conepite, concedo: physice et actualiter, nego antecedens, et distinguo consequens: aduc permanet eius essentia metaphysica, concedo physice nego consequentiam.

Idem omnino est Petrus esse animal rationale physicum et actuale, et existens: destructa ergo eius existentia nec est animal rationale physicum, nec existens, cum hoc autem optime congruat quod sit animal rationale metaphysice sensu questione precedenti satis explanato: semper enim verum est Petrum connecti cum animali rationali, sive existat sive non existat: hoc autem et non apparet inuicem secunda propositio.

Si autem propositio hęc: Petrus est existens non significaret exercitium existendi, sed in illa verbum absolueretur a tempore ut accidit in secunda vera quidem deberet reputari, et si Petrus non existeret: faceret enim hunc sensu si Petrus produceretur necessario exit existens, quod est verum omnino: quia licet contingens sit absolute quod Petrus existat, non autem quod existat ex suppositione quod produceretur: quia res quando est necessario est ut fert commune prologium.

Argues sexto: posita indistinctione esse ab existentia nulla creatura componitur ex utraque: sed nulla maior ratio apparet ut creatura componatur ex substantia et substantia quam ex essentia et existentia: ergo poterit existere creatura nullam compositionem importari, subindeque omnino simplex. Concessa maiori, nego minorem: in superioribus quidem satis efficaciter stabilitum manet nullam dari physicam compositionem ex essentia et existentia, sed esse unicam realem entitatem entitatem: ex dicendis autem abunde constabit substantiam realiter distinguere ab existentia, darique realem compositionem ex utraque.

Argues septimo: non est idem Petrus existere hęc, ac existere hodie, alias Petrus exire existens hodie immo per totam et eternitatem existeret: ergo existentia eterna Petri distinguitur ab existentia hodierna. Fieri sic: sed eterna essentia eadem est ac hodierna: ergo essentia realiter distincta est ab existentia. Distinguo antecedens: non est idem ex parte recti, et

ipius existentię, nego: ex p<sup>te</sup> connotati, concedo antecedens, et nego consequens.

Rem existere idem est ac habere esse physicum et actuale a suis causis distinctione, cum autem res idem mer esse habeat hęc, ac hodie, eadem etiam est existentia hodie, ac externa a tenis ratione, scilicet existentia. Quod vero res hodie existat duo includit, aliud ex parte reę, ipsam videlicet existentiam, aliud vero ex parte connotati dicit nempe illam in quo existit, quod sufficiens est ut non sit. <sup>idem</sup> ~~Rem~~ existere hęc ac hodie ex defectu utique connotati.

Ex dictis plurimam colliges: primum existentiam non esse actionem physicam perfectam essentia nulla siquidem res perfectior physice per se ipsam. 2<sup>o</sup> quod esse existentias, quod sunt physice entitates, cum idem sit habere esse physicum, ac existere. 3<sup>o</sup> non dari realem compositionem ex essentia, et existentia: repugnat enim realis compositio rei non dante partem realiter distinctam.


tandem colliges essentiam distingui per rationem ab existentia. primo quia essentia concipitur velut concipitur existentia: sepe enim hominem cognoscimus nihil de eius existentia cogitando. 2<sup>o</sup> quia essentia existens concipitur velut quodam concretum qualenscens ex essentia que existit, et existentia que est ratio formalis existendi. *Luce Deo, Virgini que Marię, atq; Divo Benedicto.*


Tractatus secundus de predicamentis  
Quid sit predicamentum  
et quenam conditiones ut res in predica-  
mento locentur &c.

**P**resentis tractatus series quaedam est, sive coherens, quae res omnes  
in diversas classes dividit, ut rectius sic dixerit percipientes et diluc-  
idius explerentur, quae liber autem clavis latine predicamentum, Graece autem  
κατηγορια dicitur, et est quaedam predicamentorum essentialium dispositio  
a genere supremo usque ad individuum: de predicamentis secundum intentionali-  
ter sumptis egimus in predicabilibus, nunc autem de ipsis primo intentiona-  
liter, sive de eorum natura superest extractandis.

**O**pines decem asse-  
nant predicamenta sic apud A.A. invaluerunt ut temerarium sit (ait Do-  
ctor Eximius) de illorum numero deviare; tamen si aliqui A.A. ut nihil  
indispariter relinquant contrarium propugnent. ut autem peritio-  
ribus subscribamur praefatum numerum libenter accipimus: haec igitur  
sunt predicamenta: Substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio,  
Passio, Quando, Ubi, Situs, et Habitus.

**N**aliquid res in predica-  
to locetur sequentibus requiritur conditiones; prima quod sit ens reale, predi-  
camenta enim instituit Philosophus ut ens reale clare dignoscatur. 2<sup>a</sup> quod  
sit univocum, solum enim locatur in predicamento genus simpliciter, ut il-  
la, quae ipsi subjiciuntur, quae quidem univoca sunt apud omnes. 3<sup>a</sup> quod sit  
quid completum defectu cuius requirunt partes in predicamento locari.  
4<sup>a</sup> quod sit incompletum ut possit concipi tanquam una quidditas.  
5<sup>a</sup> quod sit unum per se et non per accidens ut a ceteris lapidum  
Civitas, vel exercitus. *Quaestio prima &c.*





# Iustio 1.<sup>a</sup> quoniam res in predicamento lo- centur 2.

## Nonnulla prmitto et sententias refero.

S. 1.

Et si genera celestia genere y hisico a subleuauitru differant quatenus enim mate-  
ria incorruptibili, subinde y diuersa rationis a materia subleuati adue locari  
debent in predicamento substantie constant enim genere et differentia mei Sa-  
phistica, conueniant siquidem in supremo genere substantie ex parte in com-  
muni eo modo quo animal, et planta licet genere differant sub alterno, conue-  
niant tamen ~~generis~~ in conceptu uicentis.

Similiter licet Angeli  
sint ex proprio conceptu substantie simplices, minime y materia et forma  
compositi, constant etiam genere, et differentia mei Saphistica, quod salu est  
ut etiam locentur in predicamento substantie. Presenti expo difficultas pr-  
cipue procedit de Diuina substantia, illam autem in predicamento locari tuen-  
tur Gabriel Meior Botanius, et Maridius, quibus aliqui recentiores adhaerent.  
Contrariam autem opinionem tuentur fere omnes scholastici, et ex communi  
apud Patres Ecclisig.

## Assertum unicum. S. 2.

Deus non ponitur in predicamento substantie: atque hoc frequentissime docent  
Patres Ecclisig ut persequitur demonstrat Eminentissimus de Aquino ad ducti  
selectioribus illorum auctoritatibus apud ipsum uidentis. ratione y irabiliter  
aucter: quidquid in predicamento substantie locatur, l. locatur tamquam genus  
species, aut individui: sed Deus nequit in predicamento locari tamquam genus, spe-  
cies, aut individui. §.

Primo minorem quoad primam partem statim  
quoad alias quoad alteram: si Deus poneretur ut genus in predicamento substantie  
perfectibilis esset per differentias inferiores: sed Deus ut pote nonna perfectus  
nequit perfici per differentias inferiores. §. Deinde: quia species tale genus parti-  
cipantes euaderent infiniti, <sup>enim</sup> contraheuerit aliquid essentialiter infinity. Denique quia  
quod locatur in aliquo predicamento ad illud restringitur, ideo que sub certis termi-  
nis continetur: sed hoc repugnat Deo, qui sub nullis terminis uales contineri: expo.  
Iam ergo minor illa quoad alias partes suadetur: si enim Deus locaretur in pr-  
dicamento substantie tamquam species, aut individuum de ueret componi ex gene-

te ad quod continetur et ex differentia propria: sed hoc proxius repugnat: ergo.  
propter maiorem: repugnat quod actus proxius, et perfectissimus componatur ex po-  
tentia et actu: sed potius se habet per modum potentie, et differentia per modum actus  
ut constat ex dictis: q. propter maiorem: actus proxius non est potentialitate generatus  
ergo.

Dicitur adversarij Deum realiter non componi ex genere et differentia <sup>bene</sup> tamen per  
rationem, et ex modo concipiendi: Sed contra Deum enim concipi debet ut summe per-  
fectus: sed ut summe perfectus excludit compositionem ex potentia et actu, cum om-  
ni potentialitas sit imperfecta: ergo ad hoc ex modo nostro concipiendi omnem pro-  
xiam compositionem excludit.

Deinde: quia Deo repugnat compositio metaphisica:  
sed hoc est compositio per rationem, et per se notior conceptus: q. propter maiorem:  
ideo repugnat Deo compositio phisica, quia phisica est actus proxius et infinitus:  
sed etiam metaphisica est actus proxius et infinitus, hoc enim ei convenit per erro-  
riam: ergo.

Rursus nullus conceptus tribuitur Deo nisi a notis per imperfectionem.  
but ut inconueniens est apud Theologos: q. non ponimus Deo tribuere concep-  
tionem substantie nisi proxius dicit ultimam actualitatem et omnibus imperfectio-  
nibus seclusis. hinc sic: sed substantia, que a notis concipitur tanquam genus  
et ut perfectibilis per proximam differentiam Dei non excludit immo includit  
imperfectionem: ergo.

Denique: nullam adest fundamentum ut Deus concipia-  
tur compositus ex genere et differentia: ergo illi non ponimus ita concipiendi. pro-  
pter antecedentem: nullam adest fundamentum ut in Deo potentialitatem aliquam  
concipiamus: sed neque concipi compositus ex genere et differentia quoniam ali-  
qua in Deo potentialitas concipitur: cum genus aliquid potentiale sit ex proprie  
conceptu: q. propter maiorem: nulla res potentialis valet concipi re actu proxius: q.  
nec Deus qui actu proxius est concipi potest ut potentialis. Anonymus patet aliam  
nullam ordo in rebus concipiendis servaretur. Solvuntur opposita.

### Solvuntur opposita 5.3.

Arguit primo: illud locum in predicamento substantie de quo substantia predicamentum  
li proprie predicatur: sed substantia predicamentalis proprie predicatur de Deo q.  
propter maiorem: substantia predicamentalis est ens per se subsistens: sed Deus est  
ens per se subsistens: q. concessa maiori, nego maiorem. ad prostrationem etiam  
vera maiori distinguo maiorem: est ens per se subsistens, quatenus est q. quatenus po-  
tentialis et per se subsistens, nego: similem gradum excludens concessa maiorem, et magis  
consequentiam.

Neque Deo attribui conceptus substantię, qui non sit omni imperfectione defectus ut neperime dicebamus: cum autem substantia predicamentalis necessaria includat gradus potentialem et perfectibilem per differentias nequit predicari de Deo nomine et undequaque perfectio. Substantia ergo, que de illo predicatur analogica est a creatura, et increata prescindens, de illis proportionaliter tantum predicabilis; hęc autem predicamenta non constituent immo supra predicamentalis est ut patet ex terminis.

**Replicabis:** Deus inconceptus substantię in voce convenit cum creatura.  $\dot{\text{f}}$  substantia que predicatur de illo predicamentalis est, qualescunque gradus generico est perfectibili. proinde antecedens ex eo Deus univocatur non convenit cum creatura quia est infinitus: sed hęc ratio est nulla:  $\dot{\text{f}}$  proinde minorem: supposita quantitate infinita per numerum aut longitudinem ad eundem voce convenit cum quantitate finita in conceptu communi quantitatis:  $\dot{\text{f}}$  infinitudo Dei non defectus eius univocacionem venientiam cum creatura inconceptus substantię.

**Dic** quantitate illam solum fore infinitam accidentaliter et in aliquo determinato genere longitudinis.  $\dot{\text{f}}$  minime vero essentialiter, ideoque semper habet essentialitatem ex potentia et actu compositam, subinde in predicamento locabilem. Deus autem ut pote essentialiter, et sub omni consideratione infinitus simplicem compositam non admittit, ideoque non potest in predicamento locari.

**Insuper:** quod non convenit Deo ratione substantię non tollit univocationem in substantia: sed infinitudo non convenit Deo ratione substantię:  $\dot{\text{f}}$  proinde minorem: Deus non est simpliciter infinitus quia substantia licet infinitus sit quia ens a se:  $\dot{\text{f}}$  = Dicendum infinitudinem Dei implicite includi in conceptu substantię: summa enim Dei simplicitas necessaria exponit ut singulis eius perfectiones ad invicem includantur: Deus igitur infinitus est ratione substantię secundo quod hęc implicite importat.

**Insuper:** infinitudo Dei distinguitur per rationem a conceptu substantię ergo substantia non includit formaliter infinitudinem immo in illi datur compositio metaphisica. consequentia infertur, et antecedens etiam patet si quidem perfectiones utriusque per rationem distinguuntur in communi opinione = Distinguo antecedens: distinguitur distinctione perfecta et exclusiva, nego antecedens: distinctione imperfecta, et parte expressiva, concedo antecedens, et nego consequentiam.

Summa ergo Dei simplicitas unica admittit distinctionem expressivam inter eius perfectiones, que quidem in eo continentur quod intellectus videtur omnes Dei perfectiones unico actu clare percipere.

pere non valens, aliquam illam ex parte precipuam implicite et confa-  
se conceptis. hęc autem ex propria distantia minime tollit formalem inclusionem uni-  
us perfectionis in alia nec sufficit ad compositionem metaphysicam ex genere,  
et differentia ad quoniam necdum requisita quod unus conceptus ex parte non sit ali-  
us, sed etiam quod formaliter excludantur a proprio conceptu metaphysico.

Ex quibus satis colligitur non dari in Deo propriam differentiam metaphysicam exclu-  
dentem rationem communem per ipsam contrahibilem; cum enim Deus sit in om-  
ni linea simpliciter infinitus subqualibet ratione infinitam includit perfectionem.  
manet ergo quod Deus differat a creaturis differentia analogā alicuiusmodi conve-  
nientiam includenti.

Arguas. 2: Christus ponitur in predicamento substantię; sed  
Christus est Deus. §. = Secundo: Christus ponitur in predicamento substantię ut in-  
dividuum completum; sed completum per divinam substantię; §. substantia divi-  
na ponitur in predicamento substantię; ergo etiam Deus qui indistinctus est  
ad divinam substantię = Negare potestis consequentiam variatam enim suppositio-  
tio siquidem in maiori dicitur Christum poni in predicamento quod habet ra-  
tionem naturę humanę in minori autem quod est Deus hoc autem ei convenit  
per divinam naturam.

Hęc tamen distingo maiorem; ponitur in predicamen-  
to substantię ut homo concedo; ut Deus nego maiorem. et concedo minori du-  
tingo consequenti: Deus ponitur in predicamento, formaliter et ut Deus, nego ma-  
terialiter concedo consequentiam; quia licet Christus qui Deus est in predi-  
camento locetur, non tamen locatur ut Deus, sed vice ut homo = Sed confir-  
mationem dic Christum locari in predicamento ut individuum completum per  
divinam substantię ex quo venice sequitur quod substantia completam  
ponatur; hęc ergo exi. conditio ut locetur natura in predicamento, non ve-  
ro natura que locatur.

Replicabis: conditio ut res ponatur in predicamento  
solum reductivè deest etiam in predicamento locari sed substantia divina  
est similis conditio. §. = Dic hoc verum esse de conditione per se ordinata ad  
comprehendendę naturam secus autem de illa, que natura, supernaturaliter  
complet; prima enim sapit imperfectionem ipsius nature, que autem super-  
naturaliter complet hoc reclusis imperfectionibus facit, iteo que in predica-  
mento non ponitur, quia hoc imperfectionem involvit.

Caput. <sup>1<sup>m</sup></sup> de substantia primo predicam<sup>z</sup>: to 159

Questio prima, eaq doctrinalis, <sup>quid ex</sup> quotuplex  
sit substantia, quanamque eius pro-  
prietates §. 1.

Substantia in propria nominis etimologia, idem est ac sub alijs stant, seu alia  
subtensans; hoc autem ei convenit quatenus accidentibus subest. Accipi solet  
communiter et proprie communiter sumpta idem est ac essentia cuiuslibet  
rei, quo in sensu dicimus substantiam hominis esse animal rationale albe-  
ditus autem diu preparare vitum. Eum vero proprie accepta est ens per se exis-  
tens sive nullo subtentaculo exigens existat ad differentiam accidentij que  
ad existentię exigent alieno subtentaculo. Sicut ex quo quidam sunt arbores  
que se ipsi subtinentur ut robur pinus Cupressus &c. alij vero que cum per  
se stare non possint alijs arboribus hęrent ut cęcubita, hędexaq; sic nua  
cupressa ab hęrentia ira etiam, alia entia sunt que se ipsi subtinentur ut substā-  
tia, alia vero que subtentantur, et veluti ab alijs fulciuntur ut accidentia; hinc  
homo dicitur proprie substantia: quippe ut existat suffragio non eget alieno,  
albedo autem accidenti nuncupatur, quia sine subiecto quod ab ipso sit existere  
nequit.

Secundo dividitur substantia in primam, et secundam. prima substantia  
dicuntur individua, sive singularia ut Plato, Socrates &c. genera autem et species  
que de individuis predicantur ut animal, homo dicuntur secundo substantię; igitur  
divisio hęc coincidit cum divisione substantię in singularem, et universalem  
propterea individua proprie substantię nuncupantur substantię, quam genera, et  
species primo quia individuum nec habet subiecti phisici in quo sit nec ob-  
iecti de quo predicatur: genera autem, et species predicantur de individuis.

Secundo: quia substantie accidentibus primo, et principaliter convenit individu-  
is, quam genera aut species: quippe homo incommuni non est albus nec studet,  
aut cogitat, bene tamen homo singularis. — Tertius dividitur substantia in fini-  
tam et in finitam. illa est, que certis comprehenditur terminis ut homo, et que-  
vis alia creatura, infinita vero, que nullis terminis coarctatur.

Substantia fini-  
ta dividitur incompletam et completam, completa est, que ad aliam compo-

nendam non ordinatur ut Petrus, incompleta autem quae natura sua ordinatur  
ad aliam componendam ut materia et forma. Hinc substantia transcendentalis di-  
citur quae sub omnibus substantiis comprehendit sive finitas sint, sive infinitae, com-  
pletae, vel incompletae, modales, aut absolute. praedicamentalis autem dicitur, quae  
sub iunctura respicit substantias completas, et finitas importantes compositionem me-  
taphysicam.

Sex communiter substantiae proprietates ex Aristotele designantur  
prima quod non sit in subjecto. Secunda non habere contrarium: illa enim con-  
traria dicuntur, quae ab eodem subjecto mutuo se expellunt: substantia autem  
cum non sit in subjecto neque expelli ab illo. Sexta est non suscipere magis et  
minus, quia licet homo sit magis aut minus doctus non est tamen magis aut  
minus homo hoc autem non tollit quod aliquae substantiae sint alij digniores, ut  
homo respectu bruti, et Angelus respectu hominis.

Quarta est quod sit subiec-  
tum contrariorum, ita ut idem met homo modo calidus sit modo frigidus ut ac-  
cidit poena: corpore in uno:

Frigida pugnant calidis humentia siccitatis.

Quinta substantiae proprietates est quod univoce de suis inferioribus praedicatur,  
quae quidem substantiae secundum eorum convenit differentiam. Ultima denique quod  
significat hoc aliquid ad distinctionem accidentis, quod significat in quale, et ut  
accidens, non vero substantive et per se subsistens.

## Questio 2<sup>a</sup> per quid substantia incommuni Constituatur: apponuntur sententiae.

51.

Primum in hac re circumferuntur sententiae praesertim apud recentiores Socie-  
tatis, alij longe a terminorum ambage substantiam definiuntibus, alij vero confu-  
sionibus illam applicantibus, illis igitur rebus multis, Scotus substantiam consti-  
tuit per negationem evendi in alio alij consentiunt constitui per substantiam acci-  
dentibus ita Boetius, Bañez, et Severinus, alij denique propugnant constitui  
per esse per se ad quod sequitur negatio evendi in alio tanquam in subjecto  
inferiori.

### Assertio prima. 52.

Substantia incommuni prout adhaerit de completa et incompleta non constitui-  
tur per negationem evendi in alio tanquam in subjecto inferiori nec per substantiam  
accidentibus. Quoad proximam partem se adit: nulli enim positivae consti-

positivus per negationem: sed substantia est ens positivum immo inter entia positiva principaliter: §. maior potest, negatio enim sequitur ad ens positivum, minor et consequentia liquet. — Secundo: Constitutivus, et constitutus realiter identificantur: sed negatio non identificatur cum substantia, quae est ens positivum, §.

Præstatur secunda pars assertionis: Deus est substantia, et tamen nulli subest accidenti: §. substantia non constituitur per substatem accidentibus. Secundo: quod primo intelligitur in re est eius constitutivus: sed prius intelligitur substantiam esse per se quam accidentibus substatem: ideo enim accidentia substantat quia est ens per se, sicut ideo columna alia substat, quia prius in se habet firmitatem, §. Factio in substatem accidentibus convenit substantia quam accidentia cum accidenti, quantitas enim Eucharistica qualitatibus materialibus substat in probabili opinione: sed substantia non constituitur per quod convenit cum accidenti §.

### Assertio secunda §. 3.

Substantia in communi formaliter constituitur per esse per se ad quod sequitur negatio inherendi. Assertio sub his terminis fore ab omnibus comprobatur, reclusis illis quibus novitates placet, sic autem succedet: per id constituitur substantia incommuni per quod essentialiter difert ab omni non ipsa: sed hoc habet per esse per se, §. proo minorum: per esse per se difert essentialiter substantia ab accidentibus, etiam difert ab omni non ipsa, quod enim substantia non est accidens esse deest.

Confirmatur: constitutivus substantiæ immediate oppositus constitutivo accidentis: sed accidens constituitur per esse in alio: §. substantia per esse per se — Invenitur: ens constituitur per abitudinem ad existendum: §. difertentia immediata entis qualis est substantia constitui deest per abitudinem ad aliter existendum: sed esse per se existere per se est realitas existendi propria et specifica substantiæ: §.

### §. Opposita repelluntur §. 2.

Arguet primo: substantia dicitur a substantia: §. accidentibus substatem est eius formaliter constitutivus — Concesso antecedenti nego consequentiam: nomina quippe rerum non semper nuntiantur ab eorum essentia, sol enim dicitur ab eo quod sit solus, similiter quæ bes peripetio ab esse per se: quin ex hoc eorum constitutivus denotatur.

Arguet 2. essentialiter constitutivus substantiæ incommuni omni substantiæ deest convenire: sed esse per se non convenit omni substantiæ: §. proo minorum: forma materialis substantialis non existit per se: quia ut sit sive existat dependet a materia: §. — Concesso maiori, nego minorem. ad probationem distingo

antecegens: non existit per se ut quod, concedo; ut quo nego antecedens, cuius implicatam praesentationem non distinguitur ab alio tanquam a subjecto informationis, concedo, inhesionis, nego praesentationem, et consequentiam.

Sicut ergo suppositum sit quod per se existit intelligi non valet existens sine forma ex alijs igitur componentibus, quod quidem sufficiens est ut forma, idem dic de alijs existat per se ut quod quoniam dependentia a materia contraxionem vincat; solum enim dependet ab illa tanquam a subjecto informationis quod perficit per modum actus primi et cum quo constituit unum per se in linea substantiali. Ex quo satis infertur formam satis per se existere ut quo cum totum per illam constituitur sit unum per se existens.

Accidens vero ut pote adveniens composito complexo constituto in vi substantij, subinde per se existenti, debet esse in illo tanquam in subjecto inhesionis. = Idem quod diximus de forma dicendum respectu ex de qua cum substantia incompleta, unione scilicet, existentia, et substantia: si enim omnia haec constituunt esse substantiale per se existens necesse est quod existant per se salvum quo: quia propter quod unum quod quod tale, et illud magis.

Argues. 2. substantia non constituitur formaliter per illud, quod convenit et quod accidenti; sed esse per se convenit accidenti ut videtur est in quantitate Eucharistica, quae post verba consecrationis manet sine subjecto cui inheoret, subinde per se existens. = Dic Eucharisticam quantitatem, post actum consecrationis existere per se ab extrinseco per mixturam scilicet manuum mentionem Dei: ab intrinseco autem semper existit esse in alio per inhesionem.

Replicabitur esse in alio inhesionis sive nequit convenire substantij ad se ab extrinseco: sed nec esse per se valet convenire accidenti etiam ab extrinseco: sic enim oppositum accidenti esse per se si aut substantij esse in alio: ergo data solutio difficultatem argumenti non evadit. Distinguo antecedens: esse in alio radicaliter et operative, concedo; actu et operative nego antecedens, et in eodem sensu consequentiam.

Sicut enim est dependentia accidentis quod inheoret sic dependentia substantij est quod existat independentem a subjecto inhesionis: si enim Deus valet auferri ab accidenti actualem inhesionem poterit etiam tollere a substantia actualem existentiam per se independentem a subjecto inhesionis: servata tamen dependentia essentiali existendi independentem ab alio substantia, sicut servatur in accidenti dependentia inhesionis.

Replicabitur. 2. quantitas Eucharistica est per se et sine subjecto ratione cuiusdam modi superna-

turalis ipsi intrinseca ut consent proximi Hominationi: sed quod est per se ratione di-  
citur intrinseca non est per se ab extrinseca. Et dicendum esse per se ab intrinseco uti  
accipitur in presenti pro eodem ut supra, ac exigere essentialiter esse per se; hoc au-  
tem non habet quantitas Eucharistica ratione illius modi super naturalis: illo enim  
est supra exigentiam essentialem quantitatis, consequenter extra eius essentialitatem.

Argues. 2. substantia essentialiter non est accidens: sed accidens est ens in alio: ergo  
substantia essentialiter non est ens in alio: ergo essentialiter dicitur negationem esse  
in alio: ergo essentialiter constituitur per illam. — homo essentialiter non est equus:  
sed equus essentialiter est hiribilibi: ergo homo essentialiter non est hiribilibi: ergo essen-  
tialiter constituitur per negationem hiribilitatis.

Dicendum: ergo maiorem silogismum  
duplici sensu posse accipi: quatenus significat negationem accidentis esse de essen-  
tia substantie sub qua consideratione falsa est, quatenus indicat accidens non esse  
de essentia substantie ita tamen vera debet reputari, enim vero ex illa sic sumpt-  
a nihil inferitur in nostram opinionem; diversum quippe est accidens non esse  
de essentia substantie facere de essentia substantie negationem accidentis:  
ad primum enim refertur, quod ad conceptum substantie sequatur negatio ac-  
cidentis secus autem ad secundum.

Argues demum: substantia constituitur for-  
maliter per aliquid super additum enti; siquidem in ratione entis cum ac-  
cidentibus convenit: sed quod enti superadditur non est aliquid positivum:  
ergo non constituitur per aliquid positivum: restat ergo quod constituitur per ne-  
gationem inherendi. prout minor: aliquid positivum est ens: sed quod en-  
ti superadditur non est ens: ergo nec aliquid positivum.

Distingo maiorem:  
per aliquid super additum enti quoad expressionem, concedo: super additum  
entitative nego maiorem, et distincta minori nego inconsequentiam. Quia ut ha-  
betur ex superioribus differentie solam addunt enti novas expressiones, que  
quidem sunt aliquid positivum expressive. — Replicabitur: si per se sit esse ali-  
quid positivum in hac definitione substantie ens per se committeretur nega-  
tio: siquidem bis poneretur ratio entis, sicut bis poneretur animal in de-  
finitione hominis si illud includeret rationale: sed hoc non est dicendum.

Dicitur per se positivum in definitione substantie esse meram expressionem  
explicantem gradum substantie implicite consenti in ratione entis: ideo  
in predicta definitione semel ponitur ratio entis, ulteriusque expressio substan-  
tie. Si autem rationale contineret animal, hoc bis poneretur in definitione

hominis, quia rationale non est mixta expressio, sed quiddam quaedam animalis sup.<sup>ta</sup>

Questio. 3. per quod substantia predicament.<sup>lis</sup>  
formaliter constituatur.

Assertio stabilitur, et opposita vindicatur<sup>ab</sup> <sup>Itis</sup>

§. 1.

Substantia predicamentalis constituitur per esse per se ad quod sequitur negatio even-  
di in alio tanquam in supposito. prius quam avertitur rationibus fideliter distingue-  
re licet triplicem modum evenendi per se. primum ut ita esse per se inferat negatio-  
nem evenendi in alio tanquam in subjecto informationis. Sic autem forma substa-  
ntialis non est per se. secundo aliquid est per se quatenus inferat negationem even-  
di in alio tanquam in subjecto inhospitalitatis. Tertio ita ut inferat negationem  
evenendi in alio tanquam in supposito.

Tribus prelibatis ita suadet avertio:  
per illud substantia predicamentalis constituitur per quod a transcendentali se-  
cundum: sed receditur ab illa per esse per se ad quod sequitur negatio evenendi in  
alio tanquam in supposito: q. primo minorem: substantia predicamentalis dis-  
tinguitur a transcendentali per substantiam: sed a substantia habet esse per se  
ad quod sequitur negatio evenendi in alio tanquam in supposito: q.

Confirmatur: sub-  
stantia predicamentalis constituitur in esse tali per quod ultimo completur in linea  
a substantia: sed completur ultimo per esse per se ad quod sequitur negatio evenendi  
in alio tanquam in supposito: q. primo minorem: substantia predicamentalis  
completur ultimo in linea substantia per substantiam: sed ab hac habet esse per  
se ad quod sequitur negatio evenendi in alio tanquam in supposito: q.

Sed opponit  
primo in rationem propositam: substantia predicamentalis convenit cum trans-  
cendentali in esse per se: ergo solum distinguitur ab illa per negationem evenendi  
in alio tanquam in supposito. hinc sic: sed substantia predicamentalis cons-  
tituitur per quod distinguitur a transcendentali nobis annuuntibus: ergo cons-  
tituitur per negationem evenendi in alio tanquam in supposito non autem per se  
per se.

Dicendum esse utramque substantiam convenire in esse per se ad quod se  
quiritur negatio evendi in alio inhasive propter predicamentalis addit ad transeun-  
dentiam esse per se complecti ad quod sequitur negatio evendi in alio tanquam  
in supposito, per quod ad transcendenti alii recurretur et in se talis constituitur, non  
vero per quod negationem ut argumentum intendit.

Oppones. 2. anima rationalis in statu separationis est per se subsistens, ac proinde cum negatione evendi in  
alio tanquam in supposito: etiam non est substantia predicamentalis: ergo.  
Dic animam rationalem a corpore separatam esse completam in esse substy-  
titi incompletam vero in vi nature, utrumque autem complementum existit ut ali-  
quid in predicamento locetur ideoque anima rationalis non est substantia predi-  
camentalis defectu completionis in vi nature quo cito completa sit in se subsi-  
stanti.

Oppones. 3. Secunda substantia homo scilicet est communicabilis alteri tan-  
quam supposito et tamen est substantia completa: ergo falso asserimus constitui  
per se per se ad quod sequitur negatio evendi in alio tanquam in supposito.  
provas maxime: homo communicabilis est primum substantiis: Petrus scilicet Paulus  
sed Petrus et Paulus non supponitur. — Dicendum hominem esse communica-  
bilem Petro et Paulo ut sibi inferioribus cum quo optime coheret quod sit incom-  
municabilis alteri tanquam supposito.

Replebitur secunda substantia non subsi-  
stenti in individuo sive primum substantiis: quod illis communicantur tanquam sup-  
posito consequentia inferitur et antecedenti etiam constat: genera enim et species  
non subsistunt ex se et ratione sui bene tamen prout in individuis. — Distingo  
antecedens: non subsistunt ex se, concabo: signati, nego antecedens et conse-  
quentiam. — prout: quod species quod ut a singularibus per intellectum separata non  
subsistunt in eorum natura actu ex se: hoc enim solum convenit singula-  
ribus suppositis, subsistent tamen signati: subsistentia nempe que in particu-  
laribus suppositis ex se. Igitur eodem modo convenit secundi substantiis  
subsistere quo homini ex se: quod convenit discursus et sensatio, sive esse  
principium sentiendi et discurrendi qua proprie sicut de essentia hominis  
est principium sentiendi et discurrendi tamen si hoc solum explicaretur  
in singularibus sic etiam de eius essentia subsisteret tamen si subsistentia  
soluta valeat se ex se in individuo. absoluta est questio.

Placet de quo nomen hypostasis quod  
omne pro eodem ac substantia alim in partem primo. Prima fides est huius  
hypostasis et notetur in quibusdam de re no. fides videtur de quibus, qui tres  
essentia, sive substantia, in divinis personis. Nam quod hypostasis pro

Questio 2. quid addat suppositum supranaturam  
prelibantur aliqua et referuntur sententiis.

Si.

**P**rimo presentem controversiam omittendam fore quam ad Sacram et Ecol-  
giam spectantem: visum de substantia suppositi constituite tractare  
valemus quin aliquid de fidelis mirariis perstringamus. atamen quia substan-  
tiarum notitia plurimum subat ad substantiarum naturam plenius penetrandam oportet  
tunc centum duobus hoc in presentia vestram excitare et clariorem huius profi-  
camenti intelligentiam habeatis.

Enimvero ut difficultas expeditur declaratur, no-  
tate oportet substantiam ut innuit nomen et similia eorum terminon ultra  
quem non progreditur substantia. Substantia igitur idem est ac substantiam siste-  
re et ulterius non progredi: quia propter substantiam dicimus per substan-  
tiam terminari, et veluti certis limitibus coherere et ulterius substantialiter  
non tendat ut pote gaudens ultima perfectione, sive complemento.

Substantia per substantiam terminata dicitur subsistere: idemque nomen hoc  
etiam convenit animae rationali in statu separationis, quae quidem non dici-  
tur suppositum nec persona: nomina quippe haec unice conveniunt substantiis  
necdem in vi substantis, sed etiam in vi naturae completis. hoc tamen notandum  
promodo loquendi quod si substantia sive natura completa intellectualis sit  
vocatur persona, si vero rationalis non est ut leo, planta, equus nuncupa-  
tur suppositum. infra Rursus § nota est etiam blanco nuncupatio.

† Rursus adverte nomen hypostasios Graeco idiomate pro eodem ac substantia  
olim usum fuisse. hinc patet Colasius et hypostasios volebant in Divinis admittere  
ne ita viderentur arcenti, qui tres eventus sive substantias in Divinis proferunt.

truncatum hypotaxis procedent ac subiectiva, sive personalitas communiter accipitur.

Sicut ergo substantia soler dicitur in se, sic etiam substantia personalitas sive hypotaxis dicitur. Hinc itaque perhibetur inquisitiones an substantia hypotaxis sive personalitas sit aliquid positivum realiter naturae super additum prohiuista-  
men intelligentia unum sciendum naturam scilicet materialem, et compositam esse formam unitam, spiritualem vero esse primam perfectionem se habentem ut radicem ceterarum.

Prima sententia defendit suppositum nihil addere supra naturam ex parte rei significat, sed unice ex modo significandi. Natura ergo in hac opinione sumitur in esse tales dum significatur in abstracto, et ut habita concipitur autem ut suppositum dum significatur in concreto, et ut habens, ideo que hęc homo significat suppositum, hęc autem humanitas exprimit naturam. Hanc opinionem tenentur Durandus, Craxius, Eandabensis, Baconius, Salmeron, Ledema, Victoria, et Medina.

Secunda sententia defendit suppositum unice addere supra naturam negationem evendi in alio tanquam in supposito ita communiter Scotus, quibus pauci ex societate consentiunt ut Dorseta, Padingus, et Reverendissimus Fisso tomo sexto selet. disputatione vigesima septima sectione quarta. Tertia demum propugnat suppositum addere supra naturam aliquid reale positivum per quod terminatur et completur, radicemque incommunicabilis alteri tanquam in supposito. Quam opinionem plausibilem quidem apud Theologos et Philosophos defensandam accipimus.

## ASSERTIO UNICA S.

Suppositum addit supra naturam aliquid positivum realiter ab ipsa distinctum si cuius completur, radicemque incommunicabilis alteri tanquam supposito prima parte assertionis suadet: suppositum addit supra naturam suppositivam, sive substantiam: sed hęc est aliquid positivum. §. pro minore: substantia est ultimum complementum in linea substantię: sed hęc est aliquid positivum. pro minore ultimum complementum in linea substantię est aliquid substantiale: sed quod substantiale est est etiam aliquid positivum, nideat substantię esse per se negationem. §.

Vergetur: constitutum personę in generalis aliquid positivum esse debet: sed substantia est constitutum personę in generalis. §. pro minore: persona realis est aliquid positivum immo potissima perfectio in esse substantię: ergo constitutum personę etiam est aliquid positivum, constitutum enim indistinctum est a constituto. Quod autem substantia realiter a natura distinguatur sic efficaciter argumento suadet Theologico:

quod realiter natura separatur ab illa realiter distinguitur: sed subsistentia rea-  
liter separata a natura q̄. proo minorem: natura humana Christi Domini  
non habet propriam subsistentiam alias in Christo Domino duplex sub-  
sistentia daretur, cuius contrarium constat ex Concilio ephesino ubi damnatus  
fuit error Nestori duplicem subsistentiam in Christo generari: q̄.

Confirmatur: si subsistentia non distinguitur realiter a natura subsistente,  
Christus assumens naturam humanam assumpsit etiam existentiam,  
subindeq̄ suppositum et personam creatam: sed hoc nullus Catholicorum afir-  
mat tunc enim Christus foret duplex persona: q̄. minor ex consequentia  
liquet maior autem contrarie videtur: quia assumpta natura creari  
necesse est quodquid realiter identificata cum illa.

Hic Obiicitur adue d  
posita in distinctione subsistentiæ a natura nullatenus coligi quod datur in  
Christo duplex suppositum aut persona: humana siquidem natura non con-  
cipitur in concreto et ut habens sed in abstracto et ut habita a supposito cogi-  
ti, persona autem sive suppositum est natura ut habens et in concreto sig-  
nificata. Sed contra primo: sequitur enim ex solutione dati in Christo  
adequatam entitatem suppositi creati: ergo datur creatum suppositum  
realiter entitative ergo ad id in Christo duplex suppositum divinum scilicet  
et creatum, ut allebat Nestorius.

Recurritur: suppositum non debet constitui person-  
am modo concipiendi, sed per aliquid reale independentem a natura con-  
ceptione: sed natura humana est in Christo Domino cum omni predicato  
reale antecedente dicendo: ergo similis natura est suppositum creatum, conse-  
quenter duplex datur suppositum in Christo. Maior patet quia suppositum est in  
reum natura independentem omnino a modo concipiendi. minor cum con-  
sequentia liquet.

Deinde ut humanitas habeat rationem suppositi sufficit quod  
concipitur ut habens: sed sic concipitur ut distincta a Verbo: q̄. proo  
minorem: humanitas Christi ut distincta a Verbo est natura indeterminata,  
et individua: sed natura determinata et individua concipitur ut habens: ha-  
bet enim naturam specificam quam determinat: q̄.

Uterius solutio data om-  
nino datur incarnationi mixtæ: posita enim reali indistinctione natu-  
re humanæ ab eius subsistentia Verbum divinum nequit negare defectum sub-  
sistentiæ creatæ: sed mixtæ incarnationis erat in eo quod Verbo negaret defec-  
tum subsistentiæ creatæ: q̄. minor patet cum consequentia, proo maiorem:

posita simili indistinctione subsistentia creata inseparabilis est ab humana natura: res verby non suplet innatura humana, quod non separatur ab illa: ergo.

Deniq: suppositum est natura omnino perfecta et completa: sed natura humana exivit domini identificari subsistentiam est omnino perfecta et completa: qd est suppositum est persona. Maior cetera videtur minor autem eo paret quia natury identificanti subsistentiam nullum deficit reale predicatq; perfectio autem est predicatum reale natury: hęc ergo omnium perfectione habet et complementy.

Oppones autem pro Durando: et si subsistentia realiter extrinsece non distinguitur a natura aduc valet ab ea separari saltem quo ad denominationem ad mody quo relatio separatur ab eius fundamento: sed separata subsistentia quo ad denominationem ab humana natura, nequit hęc dici supposity, s. persona: subinde qd non datur duplex suppositum in Christo: ergo ex identitate natury cum subsistentia non inferitur in Christo duplex supposity.

Nego maiorem obnotandis paritatem: ratio enim ut potest tendens ad aliud nequit paxitate denominationem relati nisi dependenter a termino quem connotat hoc ergo deficiente deficit etiam relatio quo ad denominationem manente quo ad entitatem. Subsistentia autem tribuit denominationem personę aut subsistenti per fructum formę absolute, independentis qd ab extrinseco connotato: ideo que semel admissa illius identitate cum natura huic necessario confert denominationem subsistenti, ex personę

Epilictis necdum Durandi, sed et Scoti opinio manet impugnata: parum ex inter se differunt: quippe Durandus asserens supposity a natura distingui ex modo significandi, ait etiam naturam significatam in concreto, et in eadem suppositi addere ad se ipsam in abstracto negationem evendi in alio tanquam in supposito, quod sola diveritate terminorū est ipsamet Scoti sententia.

Nihilominus ita specialiter in Scoty argumentor, subsistentia Verbi supplet in natura humana defecty proprię subsistenti, seu facit quod faceret subsistentia creata si aderet: sed subsistentia Verbi confert naturę humanę esse persistenty ad quod requiritur negatio evendi in alio tanquam in supposito: ergo si aderet creata subsistentia naturę communicaret simile esse positivę: consistit ergo in aliquo positivo.

Secundo: personalitatem Verbi ut supplet subsistentiam creatam tribuit naturę personalitatem positivę: sed quod tribuitur naturę

humanam per personalitatem suppletentem substantentiam creatam tribuitur etiam  
per substantentiam quam neglet; alia non esset eius suppletentis; ergo substantentia  
creata deest etiam confessa naturae personalitatem positivam; maior patet  
etiam personalitatis verbi positiva est aduc iuxta Scoti. minor et consequen-  
tialiquent.

Secundo substantentia creata est participatio substantentis Divini, quod  
est aliquid positivum sed quod participat aliquid positivum non est pura nega-  
tio ergo. Denique quod Verbum supplet in natura humana non est nihil  
nisi dicat Verbum nihil supplet in humana natura: sed negatio eundi in  
alio tamquam in supposito nihil est: ergo Verbum non supplet per de-  
negationem: aliunde supplet substantentiam: huc ergo in negatione non con-  
sistit.

### Solvuntur opposita s. 3.

Argues primo: pro sententia Durandi: substantentia Angeli non distinguitur  
ab eius natura: ergo idem dicendum de qualibet alia cum non sit potior ratio  
hujus quam alterius. proinde antecedens: natura Angeli est forma per se subsi-  
stens: sed substantentia non distinguitur a forma, quod per se ipsam subsistit ergo.  
maior et tradit Doctor Angelicus prima parte questionis 3. articulo 3. his ver-  
bis: illo forma, quae non est receptibilis in materia sed est per se subsistens, est hoc  
ipsum individuum.

Rego autem cedere ad probationem ex Divo Thoma de summo  
dic Angelicum doctorem verba affirmare formam non receptibilem in  
materia subsistere per se late independentem scilicet a materia, minime ve-  
ro per indistinctam substantentiam: ubi enim loquitur de forma respectu ma-  
teriae ut constat ex titulo articuli qui est huiusmodi: retum in Deo sic compo-  
sitio formae et materiae.

Argues 2. in rationem proovantem: personalitas verbi unitus  
humanitati quin ipsi unitus naturae divinae realiter a personalitate indis-  
tincta: ergo etiam potest unum a verbo natura humana propria substanten-  
tia non a natura divina huc non distinguitur a natura. patet consequentia  
si enim ex duobus identificatis potest unum unum quin aliud unitus etiam  
potest unum unum quin a natura et aliud.

Distinguo antecedenti: quoniam ipsi uni-  
tatem immediate concedo, mediate nego antecedenti et consequentiam; sufficit enim  
quod dum personalitas immediate unitus humanitati mediate unitus Divi-  
nae naturae ut huc realiter non separatur ab illa, atamen quia a natura  
Questio prima an sit in rebus materia  
prima.

Exponitur titulus, et stabilitur assertio.

S. r.

**M**ateria ex utraque acceptione est subjectum ex quo aliquid fit, et in quo aliquid recipitur. dividitur in primam et secundam. prima est subjectum recipientis esse substantiale, propter quod ad aliquam speciem entis determinatur. Secunda est subjectum recipientis esse accidentale quod dicitur secundum quod quod substantiale tanquam primum supponat. Hoc autem exemplo de clavis elementa enim materia sunt ex qua mixta componitur: quia non elementa ipsa ex alia materia fiunt, hoc est prima ex parte aliam non supponens, elementa vero ex utraque ob contrariam rationem.

Dubium est an existat materia prima, sive communis aliquod subjectum ex quo omnia fiunt, ipsa non vero non fiat ex alia. affirmative respondemus et suadetur: Compositum enim est calorem ligneum ad formam ignis recipiendam, quod quidem non potest destructiva formae ligni in ipsa non recipitur: aliam recipitur in illo quod dicitur ponitur: ad quod enim tota dispositio praesentis. manifestum quod in ligno dicitur aliquid subjectum recipientem formam ignis: cum alio modo ipsum etiam receperit formam ligni, est subjectum commune utriusque formae, sive materia prima utriusque.

**C**onfirmatur: omnia quae generantur ex aliquo fiunt ut veritas ex motu animae in corpore, ignis autem ex ligno. vel ergo illud ex quo fitur fit ex alia vel non? si secundum illud enim ex quo omnia fiunt, ipsum vero non fit ex alia. Si autem primum dicas illud non fieri ex alio, tunc quoniam an hoc etiam ex alio fiat: sic si in infinitum procedam.

**V**getur: forma ignis pugnat cum forma ligni: ex quo dicitur utriusque commune subjectum. Antecedens docet ex perentia, consequentia propter modum dicitur modo duplex illa forma sicut in diversis subjectis rectam pugnam exercent: ideo igitur ignis non pugnat summo compariter cum quovis ligno a se distante: si ergo formam ligni sibi proximi expellit, ideo est quia recipitur in materia in qua recipit

exat formaligni: materia ergo est commune utriusq[ue] subjecti.

Verus quocidam coexistit  
ex parte partem, ex magno vero ligno magnam ignem generare, similiter oleo deficiente  
lucernam extinguere et illo adstante conservari: ergo quia aliquid ligni et olei mater  
in ligno, simulque in lucerna: hoc autem non est formaligni, nec olei: sit enim generat:  
retinet quod sit materia, sive subjectum transiens de una ad aliam formam.

Et dicitur  
satis in se materia in generabilem esse subinde a Deo creatam: si enim fieret per  
generationem esset ex proprioposito subjecto, aliter q[uam] ex alio, et sic in finem. Similiter  
dignatur illam esse incorruptibilem: non enim habet contraxionem aliquid quod ipsam des  
truxerit, immo cum qualibet forma comparata. Quertio secunda quid sit materia: <sup>a. 1.</sup>

## Questio secunda quid sit materia pri.<sup>a</sup> Deciditur dubium ad mentem philosophi. Si.

Sicut Deus bifariam concipitur, vel removendo scilicet quantumlibet imper  
fectionem ab illo, ut si dicas non esse mutabilem, nec compositum & ceteris  
in finem illius imperfectionem affirmando, ut dicimus esse omni potentem omniscium, sem  
per bonum & ceteris: sic etiam dupliciter materia prima proponitur a philosopho, primo  
negative: ait enim septimo methaphisicorum textu octavo: materia prima ex se nec est  
quid, neque quantitas, neque qualitas, nec aliquid aliud ex his quibus est determinata.

In his verbis nihil aliud intendit quam materiam ex se non esse aliquam deter  
minatam completamq[ue] speciem entis substantialis, hominem scilicet aut leonem  
lapidem aut plantam. Verus est ex proprio conceptu nullum acciden sive formam  
accidentalem importare, sed esse potentiam ad formas recipiendas, ut contra  
expositiva illius definitione hic textu octogesimo secundo his verbis: materia  
est primum subjectum ex quo aliquid fit eum insit, et non secundum accidens.

Hec autem definitio genuina est: quando quidem soli convenit materiam <sup>primam</sup> eamq[ue] ab om  
nibus alijs secedere: si quidem materia prima per esse subjectum convenit eum secundum,  
a qua difert per se primum. Illa autem verba ex quo aliquid fit, ideo ponit ut cau  
sa externa excludat: causa quippe efficiens est a qua, finis a quo per quem, <sup>primam</sup>  
exemplari vero ad eum insit aliquid efficitur. Deniq[ue] per se eum insit et non  
secundum accidens, denotat materiam per se ex se in composito, quod fit ex illa

veluti pars essentialis et non accidentalis per quod satisfactione differa privatione uti  
quia in composito non remanent.

Primum aduc stabilito materiam esse primam sub  
jectione huius materiae reser exponenda, sentimus hunc materiam esse primam sub  
jectione quatenus ex se indeterminata est ad hanc sive illam speciem entis substan  
tialis, agens ut per determinationem ad formam hominis hominem per determi  
nationem aliam ad formam leonis leonem constituit.

Vario huius expositionis primi  
subjecti ex eo desumitur quod sic optime concipiatur materiam primam ratione sui  
nec esse quid, neque quantum, neque quale, nec aliquid eorum, quibus esse determinatur.  
Item esse proprium huiusmodi Augustinus, similiter esse chaos silvam et confusionem  
ut antiqui philosophi existimantes distinctionem, pulchritudinem et or  
naturam a forma provenire.

Versus predicta expositio materiam compositam substantialis  
explicat more philosophi per analogiam ad materiam sive subjectum artificiorum:  
huc enim ex proprio conceptu indeterminata est et indifferens ut per formas artificiosas  
potius ad hoc quam ad illud constituendum artificium determinetur ut lignum ad  
chaldream, sive ostium quatenus ad Alexandri statuam, sive Philippi.

Dices: mate

ria huiusmodi in communi opinione ex se determinata est ad hoc numero compositum: igitur  
non ratio primi subjecti non stat in indifferentia neque designata. Nego autem  
dici: quia licet materia huiusmodi exigat ex proprio conceptu formam determinatam  
ad hanc tamen speciem entis determinatur per illam, sicut enim similis exigentia  
quoniam materia sit <sup>hinc</sup> determinatam compositum.

hoc.

Predicta ergo indifferentia materiam  
hoc uno consistit quod ex proprio conceptu nec sit hoc determinatam compositum, nec  
aliud: hoc autem optime coheret cum exigentia formae determinatae; illa enim sup  
posita aduc formaliter constituitur in hac determinata specie entis completi quoniam  
sua formam esse aeternam, non autem per semet ipsam uti requiritur ut ex proprio con  
ceptu sit aliquid determinatam compositum.

Quaestio 3. an materia naturaliter, vel saltem  
divinitus existere possit sine forma.

Prælibantur aliqua, et referuntur sententiae.

51.

Longum hic omnino est disputacionem: an videlicet materia prima propriè ha

beatissimum. Si autem enim entiam ab existentia non distinguitur, indubitanter  
demum propriam existentiam; sicut et entiam habere. Sed ut propere disputatione  
na, quavis supposita opinione patris, grati permissimus materiam existentem per  
formam existentiam, rogamus q̄ ab omni forma definita existere valeat.

Sed ut  
talem capias scilicet in Deo duplicem potentiam inveniri naturalem sive ordinariam  
qua inora retem exigentiam operatur; absolutam q̄ sive extrinsecam qua  
re absolutus Dominus supra retem exigentiam valet operari, veluti dum facit  
accidentia Eucharistica manere sine subjecto, et si aliter naturaliter exigant de-  
pendentiam ab illis. Similiter duplex etiam potentia, in quavis reposita creatura,  
alia naturalis ad agendum vel recipiendum aliquid cuius naturalis vis non ex-  
cedens; alia obediens qua supposito Dei subditus domino ut in illa operetur  
quod quid contradictionem non involvit licet ea naturalem exigentiam excedat.

Ita ut si partem tenetur negativam inobediabili namque consequentia lege adhibe-  
ti consentit, ut in se existat materiam se modo existentem per existentiam formam, ne  
divinitus existere possit sine forma. Idem autem et Scotus contra eum propagat;  
pauci tamen sunt qui in deo divinitus, sed naturaliter etiam posse materiam omni  
forma definitam existere defendunt q̄ Paucissimi vero ita advenire contendunt

## Assertio prima sit

Materia prima nequit naturaliter existere sine forma. proinde materia exi-  
git formam veluti eius naturale complementum; alia nullum agens naturale op-  
positum exigat; nequit q̄ naturaliter sine forma existere consequentia inferret;  
quod enim a materia naturaliter exigitur, unice valeat auferri naturaliter per for-  
mam exigentiam oppositi uti auferretur frigiditas ab aqua. proinde minor;  
omnia agentia naturalia pugnant in exigentiam materiam quae illam compleant;  
ergo nullum exigit illam existere ab eo naturali complemento.

Confirmatur  
natura humana nequit extra miraculum existere sine eius substantia; ergo  
ne materia sine forma; sicut enim substantia est naturale complementum naturae  
sic forma materiam. Secundo: ex quo solvitur quomodo sit lux definita optime  
inferretur naturaliter existere non posse sine luce; sed materia aliquid sit sine  
forma: q̄

Dices primo: terra in primo mundi nascenti exordia erat inanis et vacua;  
ergo erat sine forma. Dixeram sibi inane, et vacua ornamento aiboribus  
scilicet floribus et fructibus, animantibusq̄ vivam in ipsa degentibus, nunquam vero  
processisse sine forma terre nisi in signo intelligentis. Sic Divus Augustinus in libro tertio  
decimo confessionum capite trigesimo tertio; simul tamen utrumq̄ fecisti ut materia q̄

forma, nulla <sup>mat</sup> ~~mat~~ inter capedines sequetur.

Dices? in rationem prioritatem: et si nul-  
lum ad sit contrarij valet forma defficiente materia & quilibet enim res habet intrinsecos du-  
rationis terminos: sed tunc casus materia existens naturaliter remaneret sine forma: ex po.  
Quia conerant et maior parte in sono qui nullo obstante defficit ex quo terminum intrin-  
secum habeat sequi durationis. Concessa maiori, nego minorem: ad hoc enim simili in ventu  
Deus ut auctor naturae producat formam, quae fieret satis naturaliter ex ipso materiae  
ut accidit dum materiae desinit ad formam hominis confert Deus animam rationalem.

Replicabis in casoposito materia non foret disposita, nec determinata ad aliquam  
formam; capu nulla ei determinat decesserit, subindat quae existere independentiter  
ab omni forma. Alij concessit, nego ultimam consequentiam: tunc enim si materia  
nullam formam determinate exigeret, indeterminate autem exigeret aliquam: De-  
us autem similiter exigerentiam completer hanc vel illam defficientiam materiae confon-  
do.

Dices. 3. nulla forma generatur, saltem regulariter sine dispositionibus propriis:  
sed multoties una forma coexistit, non procedunt dispositiones ad aliam, uti accidit  
dum homo perfectae valetudinis ictu pugionis vulneratur in sede: tunc enim percipi  
nequit brevi illo spacio quo defficit forma vitae, introduceantur dispositiones ad aliam  
formam requisitae. §.

Dic eodem spacio, quo introduceantur dispositiones ad corruptio-  
nem formae vitae, introduceantur etiam ad generationem subsequentis cadaveris, scilicet: quia  
eadem motu discontinuatio partium, aliorumq; ad motum vitalem deservientem postestatio  
dispositio quaedam ad corruptionem formae vitae, et generationem cadaveris.

Dices. 2.  
materia Christi Domini intriduo mortis exstitit sine forma cadaverica, vel alia simili:  
alunde etiam exstitit sine anima rationali: ex hoc omni forma detitura. Maior suade-  
ter: si enim materia Christi domini maneret unita formae cadaveris, vel alij simili nu-  
quam illam amitteret: quod enim Verbum assumptum nonquam dimisit ( <sup>desi</sup> ~~procedit~~  
solutio mortis) et postea Theologi: sed falsum est Verbum non amisisse formam cada-  
vericam, in diebus ad illam conseruare: §.

Dico opinionem illam theologorum intelligi  
dam esse de his quae Verbum assumptum exprimitur intentione: sicut autem occasionaliter,  
et secundario, uti accidit in forma cadaverica illi intriduo mortis unita: hoc enim uni-  
ta fieri materiae, et non remaneret sine forma, minime vero ex incarnationis primario  
conceptu.

### Assertio secunda s. 3.

Materia prima omni forma detitura divinitus existere valet. Suadetur materiae

existere sine forma nullam contradictionem involvit: sed dividitur fieri vales quid quid non involvit contradictionem: ergo. propter maiorem materiam existere sine forma est habere materiam existentiam et non habere formam ab illa distinctam: sed in hoc nulla est contradictio: hęc enim in eo statet quod habet et non habet existentiam. §.

Confirmatur:

materia in opinione Thomistarum existit per existentiam forme distinctam quidem a forma: ergo vales Deus producere existentiam forme qua existat materia, forma non producta: sed tamen casus existit sine forma. §. prima consequentia procederet: Deus enim produceret vales quolibet rem alia distincta non producta = Secundo: materia vales existere aliquid de qua a forma: ergo et existere sine illa. propter antecedens: materia Christi Domini existit in opinione Thomistarum per existentiam Verbi: §.

Ratio proposita com-

munit est nec satis firma quia aliunde fulciatur statim autem fulcimentum accipit. dicitur ergo homini existentiam ut pote actus secundus essentialiter supponere actum primum formam scilicet: ideo materia non potest subscipere existentiam quod prius receperit formam, tamen si realiter distinguatur ab ea. Ad modum quo figurare quod recipi in substantia non affecta quantitate, et si dicitur figurę realiter a quantitate distinguatur.

Sed contra quia ex hac Thomistica solutione ad plus infertur materia non potest existere sine forma per existentiam, que sit actus secundus forme naturaliter ad ipsam consequens: cum <sup>hoc</sup> autem optime cogitur quod existat per aliam existentiam divinitus ei communicata: hęc enim necesse est effectus forme nec veluti actus secundus ad illam consequens: qui enim dicit quod existentia supra naturaliter naturaliter consequitur ad formam.

Præterea forma substantialis est actus primus, et accidentalis secundus: et tamen vales existere forma accidentalis non per existentiam substantialem, ut patet in Eucharistia: ergo licet existentia sit actus secundus materie, hęc vales existere sine forma, que sit actus primus = Deinde magis dependet accidentis a subjecto, quam existentia a forma, illud enim ex propria definitione similibus in partem dependentiam: sed accidentis per absolutam Dei potentiam existit sine subjecto: §.

Denique ex eo requiritur formam precedere existentiam, et materiam disponat ad illam suscipiendam: sed Deus vales confere materie existentiam nullis dispositionibus preteritis sicut etiam vales confere quolibet formam nullis dispositionibus preteritis uti accidit in resurrectione simulque in caritate mixta amore concussa. Si igitur dicitur existentiam essentialiter supponere formam; hanc vero solutionem naturaliter supponere dispositiones, hęc designatur ratio nisi praxi pendatur

solu-  
tione.

## Compelluntur opposita.

S III.

Argues primo ratione super acta: actus secundus essentialiter supponit primum: si  
 existens est actus secundus. forma vero actus primum: ergo essentialiter supponit existentia  
 licet formam: materia: q. nec diviniter existere valet independentes a forma. Deus enim  
 nec diviniter operatur contra essentialiter resem = Supponit in dicta ratione essentia ab existenti  
 tiam nullius rei: q. p. p. q. h. p. d. h. m. i. r. a. p. m. d. f. i. c. u. l. t. a. t. : existenti enim contra actus se  
 cundus potentis obiectivus: ut materia autem precedat sub potentia obiectiva nulla primum  
 requiritur forma.

Dato tamen existentia ab existentia distingui, distingo maiorem: suppo  
 nit primum essentialiter vel formalem concedo: formalem proprie nego maiorem et concedo  
 minori nego consequentiam: licet ergo materia diviniter existet omni forma deitativa  
 ad se gaudet actu primo et secundo: quando quidem per suam essentiam potest in  
 actu existendi per existentiam vero in actu existendi, ille autem est actus primum, hic vero  
 secundus.

Ut hoc clare percipias duplex esse venit distinguendum in materia, aliud quo in  
 esse valis et ut distincta ab omni eo quod materia nominat, constituitur, aliud vero quo indi  
 qua species completa ponitur leonis videlicet, aut equi &c. primum esse habet materia  
 independentes a forma: hoc enim non confert materia quod materia sit: secundum vero  
 a forma dependet quatenus ab illa determinatur ad speciem leonis, aut equi.

Insuper  
 tiam existentia materiae communicata velleam supponit in actu existendi absolute, vel in actu  
 existendi formaliter et indeterminata specie cuius substantialis completi: valet ergo diviniter  
 communicata materiae existentia nulla forma communicata quoniam ex hoc colligitur  
 licet existentiam illam quam facit materia secundum non supponere primum.

Replebis: formam tribuit esse materiae: sed prius est esse quam existere: ergo prius  
 est quod materia recipiat formam quam existentiam. At sese esse possumus formam  
 non confere esse materiae sed composito, cuius esse a materia emanat et for  
 ma. Sed formaliter respondeo distinguam maiorem: tribuit esse absolute seu  
 tribuit quod sit materia nego: esse completi, concedo maiorem, minori, et di  
 stingo consequens: prius est a tenore exigente naturali materiae, concedo: cuius  
 cuius potentia obiectiva nego consequentiam.

Locum autem in eorum est ad quod  
 materia distinguitur a forma: nulla autem res accipit esse ab alio realiter ab ip  
 sa distincto. Sicut ergo forma non constituit materiam in esse materiae, sic nec illi  
 confert primum actum existendi absolute, et existens, sed existendi complete et inde

terminari specie. Cuiusmodi ergo non supponit essentialiter formam lucis prius a se ideo quod  
ex illa.

Argues secundo: repugnat aliquid existere sub determinato genere substantiis, existens  
sub determinata specie: sed materia existens sine forma foret sine determinato genere substan-  
tiis, non vero sub determinata specie hoc enim habet per formam:  $\therefore$  Dic materia  
existentem divinitus sine forma esse sub determinata specie incompleta, contrariet enim ra-  
tione communi substantiis, et propria differentia primi subiecti, pro quo aliquid fit  $\&^2$ .

Argues 3. ex duplici ente in actu nequid fieri rem per se: sed materia existens per exis-  
tentiam divinitus communicatam esset ens in actu: ergo ex illa, et forma non foret fie-  
ri unum per se: cum tamen nulla sit designabili materia ex qua et forma nequid unum  
per se resultat.  $\therefore$  Distingo maiorem: ex duplici ente in actu completo concedo: in actu incom-  
pleto nego maiorem, et distinctio minoris nego consequentiam.

Sicut ergo ex duplici ente incom-  
pleto fit ens completum sic ex duplici ente in actu incompleto fieri valet ens actuale comple-  
tum. Et vel maxime, quia ens actuale completum exigit fieri ex duplici ente productum  
existenti.  $\therefore$  Dices: si materia per prius ad formam existentiam haberet existentia illa  
foret in potentia ad existentiam formae: consequenter foret actus existendi, et poten-  
tia ad existendum: sed hoc aperte repugnat: implicat enim aliquam rem in eadem linea  
esse actum et potentiam:  $\&$ .

Replicatur commentus est, difficilius Thomisti apparet, nihil  
tandem evincit: stat enim quod potentia materiae sit actus existendi absolute et incom-  
plete, potentia autem ad existendum complete et in specie determinata. hoc autem optime  
coheret, sicut etiam quod aliquid sit in actu incompleto essendi, et tunc in potentia ad  
actum essendi complete.

Argues quarto: plus dependet materia a forma substantiis, quam  
ab accidentali: sed nec divinitus valet existere sine forma accidentali neque enim dicitur  
inveniri materia sine actione productiva duxatione, ubi actione  $\&$  g. materiae garet no-  
bilis quidem perficitur materia forma substantiis quam accidentali.  $\therefore$  Sicut mai-  
orem: a predictis siquidem accidentibus dependet ut habeat esse simpliciter et absolute:  
neque enim esse, quin aliquo tempore, et loco producat: a forma autem unica pendet  
ut habeat nobiliter esse, completum scilicet, non vero ut absolute sit.

Ita expensum iudicatur  
Dicit Thomas pro adversa opinione utas exueri. Bonae illius de via sufficientem opposi-  
tionem non admittit tamen si aliunde censeat obnotas rationes non repugnare materiae  
existere sine forma. In genua tunc confessio incauta tamen, fatetur quidem vel auctori-  
tatem Augustini proceptoris esse de ratione rationi vel rationem consonam non esse auctori-  
tati, quod quidem abrit a discipulo tamen proceptoris.

P<sup>o</sup> ultima gracia accidentis deremitur ex quolibet ext<sup>o</sup> abiectione secundo revertitur;  
 idem est dicere materiam esse in actu, et materia habere formam: dicere ex quo quod mate-  
 ria in actu sine forma est dicere contra dictoria simul = Dicamen tenentur Divi Tho-  
 ma<sup>o</sup> item hoc loco, non etiam alijs ad hoc unum reduci quod materia non possit esse in ac-  
 tu completo sine forma: hęc enim est actus ille completus et in specie determinata cons-  
 tituens.

Item dicere potes ex auctoritate nuper excepta uniceologi materiam non posse  
 habere actionem existentialem procedentem a forma, sine forma, minime vero quod non pos-  
 sit habere existentiam divinam quidem colatam et a Deo immediate productam, sed  
 autem videtur Angelicam preceptoram exponere quoniam eius auctoritatem rationi de forma  
 potest.

Apparet in dictis et in quod antequam deo in bonum sibi procedens propendit du-  
 plex actus frequentis designatur in natus scilicet et elicitus. Elicitus est propensio, sive in-  
 clinatio in bonum cognitum, vel apprehensum; hic autem videtur sensibus sive  
 ratione privatis unice valet convenire hoc vero discrimine quod in parte sensibilibus  
 nuncupatur sensibilibus in rationalibus autem dicitur rationalis, quod

Iustio 2. an et quomodo materia  
 naturaliter appetit omnes formas  
 aliqua pręmittuntur et referuntur sententię.

S. 1.

Appetitus inclinatio est quoniam quę res in bonum sibi procedens propendit du-  
 plex frequentes designatur in natus scilicet et elicitus. Elicitus est propensio, sive  
 inclinatio in bonum cognitum, vel apprehensum; hic autem videtur sensibus sive  
 ratione privatis unice valet convenire hoc vero discrimine quod in parte sensibilibus  
 nuncupatur sensibilibus in rationalibus autem dicitur rationalis, quod

Appetitus <sup>in</sup> ~~in~~ naturalis  
 est propensio indita ab Authore naturę quę res in bonum, nulla pręvia cognitione,  
 propensionem inclinatur. Velut ait Philoſophus est inclinatio, sive naturalis pondus in bonum,  
 quę res quolibet appetit, dummodo cognitione polleat. appetitus naturalis dividitur  
 in appetitum gaudij et desiderij. Ille in bonum possum, hic autem in bonum  
 inclinatur. Quibus est an ex cuiusmodi ex nuper et relati appetitus materia prima af-  
 ferat formas.

Prima sententia materię omnem delegat appetitum ita Iustinus Martin  
 Abiena et Scaligerus. Secunda propugnat formam potestatem appetitus gaudij de-

desiderij vero reliquas appetere. Sunt tamen qui similem appetitionem ad formas corrupti-  
micos tendant, alij vero uice ad illas quas possit naturaliter dequirere. *Assertio prima*

## Assertio prima s. 2.

*Materia prima appetit omnes formas: appetitque idem gaudij quam possidet, ex-  
cepto appetitu desiderij. Prima pars probatur: materia prima propter id est inelle-  
nat in omnes formas: ergo illas appetit. Probatur antecedens: quilibet res propen-  
dit et inclinatur in perfectionem sibi naturaliter debitam: sic se habent formas respec-  
tu materiae: q. Probatur maior: quilibet res propendit et inclinatur in perfectionem quae  
exigit naturaliter: aliquid enim exigit idem ut ac in illud propendere et ad illud  
inclinari: sed quilibet res exigit naturaliter perfectionem sibi naturaliter debitam:  
ergo.*

*Secunda pars exteriori et laxissima est: appetit enim boni absentis dicitur desi-  
derij: presentis vero nuncupatur gaudij: sed forma habita illa scilicet quam possidet  
materia ei praesens est: reliqua vero sunt absentes. q. Dicitur primo appetitum omnium  
formarum nuncupari satiationem: sunt enim in categoria materiae infinita: sed non est de condij-  
danti in materia appetitum insatiabile: q.*

*Dicitur appetitum materiae intensive satia-  
re per quilibet formam: tunc autem in uide insatiabile in quatuor inueniens repe-  
ritio: ideo enim formae appetit, ut perpetuo per ipsas inuicem succedentes conuertatur:  
ad hoc autem aptitum uerum est omnes appetere. Propter quam quod nulla potentia ad  
aliquid sine uero materiae infinita quatuor est materia, ualeat extensive satiare: non enim  
saturatur oculus visu, nec aures auditu impetitur.*

*Dicitur secundo: appetitum desiderij non  
est ad impossibile: sed impossibile est quod materia existens sub una forma habeat alias:  
ergo dicitur sub una forma reliquas non appetit. Secundo: materia non appetit des-  
tructionem formae possit, immo gaudet de eius possessione: ergo nec appetit introductio-  
nem aliarum ad quam necessario sequitur illius corruptio. Tertio: materia existens sub  
una forma non indiget alijs: ergo nec illas appetit: appetitum enim supponit independentiam.*

*Ad probationem concessam maiori, distingo minorem: habeat alia simul, concedo: successi-  
ue nego minorem et consequentiam. Sufficit autem quod materia possit omnes formas  
successive obtinere ut illas appetat sic habendas. Ad recedendum, concedo antecedenti,  
nego consequentiam: ideo enim appetit materia alia formas, quia quam possidet, ex  
de qua gaudet exigit ex propria conditione corruptio: eius tamen corruptionem non  
desiderat. Ad 3. distingo antecedens: non indiget alijs, in sensu composito concedo: in  
sensu diuino nego antecedens: et enim ut materia conuertatur necessario requiritur ut  
forma per se a deficiente alia succedat: ideo q. omnibus indiget.*

Dices 3<sup>o</sup>. materia prima non appetit naturaliter quod nequit naturaliter habere, sic se  
 habet forma corrupta: hinc enim nequit citra mixturam existere: § hanc non appetit:  
 ergo nec omnes = Distinguo maiorem: quod nequit naturaliter habere intrinsicè et quoad  
 substantiam concello: extrinsecè et quoad modum, nego maiorem, et distinctam in ore,  
 nego consequentiam.

Igitur forma corrupta vel concipi valet intrinsicè et esse, quo sen-  
 ue nullam impossibilitatem dicitur uniatum materiam; vel extrinsecè et quatenus suppo-  
 nit eius destructionem: sic autem est naturaliter incombili: nullum quippe datur age-  
 ns naturale in mixta cuius activitatem continetur in primo sensu appetit valet a materia  
 ut pote in naturaliter unibilibi, secus autem in secundo ob rationem argumenti.

Assertio secunda 53

Materia prima que appetit omnes formas. Suadetur: si enim plus appeteret for-  
 mam perfectiorem violenta quidem foret sub qualibet alia, nec de illius possessione gau-  
 deret: sed hoc non est dicendum: § primo maiorem: materia plus appetit formam per-  
 fectiorem per nullam rationem: qualibet enim possessa ad se remanet perfectior.  
 Devenit perfectior formam ut in infinitum producere valet: §

Confirmatur: appet-  
 itum materiam in eius pendatur indigentia: sed eque indiget omnibus formis: ergo  
 pro modo maiorem: materia indiget formis ad eius conservationem: sed ad hanc omnes  
 eque indiget conducunt: cum e successiva illarum subiectione eius pendat conser-  
 vatio: § = Dices primo: materia appetit formam ut eius perfectiorum: sed for-  
 ma perfectior plus appetit perfectioris materiam: ergo illam plus appetit.

Dico potis-  
 simam perfectionem materiam citra esse in eius perpetua duratione: ad hanc au-  
 tem que omnes formas conducunt. = Dices 2<sup>o</sup>. illa appetit materia appetit  
 innato, quod appetit et elicit dummodo poterit cognitione: sed tunc carni plus  
 appetit formam delectationem perfectiorum: omne siquidem rationale per-  
 fectius plus appetit per imperfectiora: §

Concessa maiori nego minoram: ratio-  
 nale enim non appetit quod est in se perfectius, sed quod illa plus appetit perfec-  
 tionis: materia autem ad sui conservationem rebusita est eius specialis per-  
 fectio eque indiget perfectionem forma imperfecta ac perfecta: illas ergo  
 eque indiget appetit ex eadem perfectionis de materiali se habentis. De qua quod  
 iniquum quidem foret materiam, § quod deventem ad utrumque omnium for-  
 marum plus appetere unam quam aliam propter commodum illarum desi-  
 derari in mixta.

Caput. 3. de forma substantiali.  
Questio. 1. an erquid sit forma substantialis  
Aliqua prelibantur s.

Forma communissime accepta est actualitas rei sive id quod rei determinat ut ad  
specialem modum erendi. hoc autem in sensu figura dicitur forma quantitatis. di-  
viditur in intrinsecam et extrinsecam. Sic velat in forma extrinsece de-  
minante vel in idea ad cuius instar rei accipit hoc esse prelibat. forma autem in-  
trinseca per sui communem rationem determinat ad particulare esse, que quidem  
subjectionem exigit quod in tale esse perficiat.

Illam autem que perficit substantia-  
liter dicitur substantialis accidentaliter vero <sup>per</sup> accidentaliter perficit, sive, quod  
quod idem est substantialis dicitur, que subjecto confert primum esse completum in  
linea rebotantie vel formalitatis materię conferens quod leo sit, accidentaliter  
autem que supponit esse substantiale completum aliud confert, ut albedo  
vel spectus hominis.

Assertio prima s.

Dee existit in reum natura forme substantialis: prout: in quolibet ente natu-  
rali designari deet principium proprietatum et specialium accidentium, que respectu  
vontis in ipso: sed materia ut pote eadem in entibus omnibus sublevaribus non est  
simile principij: idem enim negat esse principij ita diversarum proprietatum, et ac-  
cidentium: restat igitur quod preter materiam existat etiam in ente naturali forma  
substantialis.

Confirmatur: homo qualiscumque anima rationali veluti principio ope-  
rationum ab ipso provenientij: idem ergo dicendū respectu de leone, equo &c. qui-  
bus etiam competunt peculiare operationes ab ipso eum natura provenientes, con-  
sequenter in extera et antecedens innegabile est: nisi anima vel animam rationa-  
lem a materia non distingua, vel esse aliquod accidens, quod est notum ab eadem.

Dices primo: impossibile est forma, que foret et non foret substantia: sed data for-  
ma substantiali hoc accidit: foret enim substantia ut ne penitus, simul ignes-  
set substantia <sup>et possit</sup> appropi ad esse et abesse absq. subjecti, materię scilicet corruptione:  
ergo: = Dic ad absentiam forme materię corrupti quoad esse substantiale completum:  
deficiente enim forma equi non remanet materia determinata ad speciem equi.

contrarius accidit deficiente forma accidentali.

Dices secundo: aqua frigescit ex quo ignis recedit, sicut aer tenebrescit ad absentiam lucis: ergo frigiditas quae veluti proprietas aquae designatur non provenit ab aliqua forma substantiali: falsum quia est realis adiecta praesentatione. Respondeo antecedens simili etenim fundamento affirmari valet cognoscere virescere hominem esse albonem per necessitudinem et nigredinem. Exemplum adducit in proximo est: siquidem tenebrae sunt carentiae lucis, frigiditas vero qualitas quaedam sensibilis.

### Assertio secunda s. 3.

Forma substantialis apte definitur actus primus materiae primae unum per se completum cum ipsa constitutus. per esse actum convenit cum accidentibus quae sunt per alias particulas recedunt, accidentia enim sunt actus secundi ut constat ex dictis. Vicium positum in definitione constituitur cum materia unum per se completum, et per proprium eius minus rectius forma dignoscatur.

Dices: formae est actus simplex et per se nec ex potentia et actus compositus ex nullo modo est actus. Dic esse actum compositum totum substantiale: licet q. simplex sit non est ratione actus per se: hic enim nec compositus, nec per alium compositus. Quae sit enim forma substantia

### Questio. num forma substantialis sit tota quidditas compositi.

**A** numerantur sententiae.

<sup>si</sup> Nemo est cuiuslibet ex materia adhaerent assueti formam substantialem esse adequatam quidditatem compositi: materia vero est quidditatis vehiculum frequenter autem deorsum essentiam, ut quidditatem compositi a materia et forma tanquam a duplici parte essentiali denuntiat. Porro Dicendum defendit quodlibet particulare compositum essentialiter importare determinatam formam et in determinatam materiam.

### Assertio 3<sup>a</sup> s. 2.

Quod sit compositum substantiale qualescit essentialiter ex forma et materia. proposita: Christus compositus essentialiter ex divinitate et Deitate: nec Deitas enim, nec humanitas est tota quidditas Christi: q. etiam homo ex materia et forma: nam sicut anima rationalis, et caro unus est homo, ita Deus et

ex homo unus Christus. = Suadetur ratione: quodlibet compositum substantia-  
le physicum constat essentialiter genere, et differentia physica: alias non posset phi-  
sice definiti; sed materia est genus, et forma differentia: per materiam animam  
libet compositum convenit cum alio: a quo dicitur per formam: g. = Confir-  
matur primo: anima non est essentialiter homo: alias anima separata non homi-  
nis anima, sed homo diceretur g.

Secundo: hęc predicatio: homo est essentialiter  
anima falsa frequenter reparatur: hęc autem, homo est materialis communiter  
vera canitur; sed prima sola continet formam ex parte predicati, secunda vero etiam  
continet materiam: hęc g. essentialiter predicatur de homine, subinde g. est quid  
essentialis = Tertio: compositum physicum, et corpus essentialiter est materiale:  
ergo constat essentialiter materia.

### Opposita solvuntur. § 3.

Obijes primo: constitutivus et distinctivus sunt eadem: sed sola forma compositi est eius dis-  
tinctivus: g. = Distingo antecedentem maiorem: constitutivus per modum differentie con-  
stitutivus per modum rationis communis, nego maiorem. = Vel dicitur eadem esse constitutivum per dis-  
tinctivum ergo: compositum autem ut contra formam materia est distinctivum ut  
quod, sive quod ab alio distinguitur.

Obijes 2. urgentiori quidem fundamento: muta-  
ta parte essentiali compositi, et ipsum mutatur compositum, sive eius quidditas:  
mutata quidem parte essentiali non manet eadem essentia: sed mutata materia non  
mutatur essentialiter compositus: g. probatur minor: homo dum senex idem essentia-  
liter est cum seipso dum puer; sed dum homo pervenit ad senectutem mutatam  
materia quam habebat dum puer: plures siquidem partes materiae possidet,  
aliquae vero per nutrimentum acquiruntur: g.

Confirmatur: ponamus hominem esse  
alterius miserabile pabulum, ergo materia illius transit per nutrimentum in huius  
materiam: hic g. innoxiosius deo cum materia alterius ab ipso devorati, resur-  
get: resurget enim ipse mater, et non alius. Ergo quo demum infertur homini misere  
devorato concedendam esse novam materiam ut resurgat: et tamen ipsa mater re-  
surget: ergo variatam materiam permanet idem homo.

Idem arguuntur contra maiorem,  
nego minorem. Ad prodatorem etiam contra maiorem, nego minorem, quam non  
exortquet implicita prodatore. partes siquidem per nutrimentum acquiruntur <sup>unam</sup> g.  
numero materiam cum preexistentibus component: partes enim homogeneae quasi  
sunt partes materiae unum numero constituent per reciprocam unionem: adve-  
nient autem in deum est pre-existentibus unum. Licet quidem doctrina vel expo-

ex eo patet quod una huiusmodi numero dicitur quod continetur: si autem in illam in quadam  
 plerumque dividatur portionem, quatuor quantitates continetur resultabunt.

Ad confirmatio-  
 nem dicitur hominem alium deorantem ad eam illius materiam in propria non transpa-  
 re: quando quidem si Medicus conculas asserunt quidem nec continentiam partem alimenti  
 in substantiam edentis convertit: remanet ergo sufficiens materia, qua homo deoratur appa-  
 reat in die proximissimo.

Nec facit quod resurrecturus sit in vitam perfectam, si enim ad perfec-  
 tionem hanc aliquid materiae deficiat a Deo supplenda est uti suppletur, qui deficiat homi-  
 nibus in quatuor, sive in infantia decedentibus ut vixi & perfecti resurgant.

### Questio. 3. an formae Caelorum, et elementorum educantur, sint ex potentia materiae exponitur eductio, et recensentur sensus.

S. 1.

Primum antiquorum placuit retinere, ut receptioem expositionemque eductio-  
 nem pertingat, sciendum solum educi ex aliquo quod in illo continetur: eductioem  
 continentiam necesse est supponit. Bisariam autem valet aliquid in alio contineri, ac-  
 tive scilicet quatenus fieri potest ab illo, vel uti effectus: passiva vero quatenus in illo uti +  
 valet fieri, ut statua ex ligno. Rursus aliquid in alio continetur, vel active, ut aqua in vase;  
 vel in potentia quatenus licet nihil sit actu aliquid remanet in potentia, vel active agen-  
 tis vel passiva materiae.

Uterius sciendum ad deductionem formae de potentia mate-  
 riae necessario requiritur quod forma in fieri esse a materia dependeat, ad modum quo  
 etiam requiritur effectus in suo fieri, et esse etiam ab agente pendere, ut ab illo dica-  
 tur productus: Quomodo autem forma a materia in esse in fieri dependeat, obcursum qui-  
 dem est nec ut usque satis exploratum.

Communiter autem a veteribus forma pendere in esse  
 a materia quatenus nequit esse nisi in illa recipiatur: pendere autem in fieri, quatenus  
 nec dum forma, sed et eius productio a materia dependet. Productio autem duplex  
 est: activa scilicet et passiva; activa tenetur ex parte agentis, illudque active producens  
 denominat: passiva vero est motus, sive passio a quo effectus dicitur productus in fieri:  
 ut ergo productio in fieri passiva quidem accepta a materia dependeat necesse est quod  
 in illa recipiatur sicut et ipsa forma. forma ergo fit per educationem quatenus eius passi-  
 va productio supponit subjectam materiam scilicet in qua recipiatur.

Et in hoc sensu dicimus formam deduci ex potentia materiae quatenus in esse ei fieri dependet ab illius concursu, sive quatenus forma fit quoad iuvante materia ad fieri, et esse illius tanquam subiectum fieri et esse recipiens. Ex his satis colligitur animam rationalem non deduci ex potentia materiae: illa enim a materia non dependet in esse, cum esse naturaliter possit independere a materia: forma autem non dependens in esse, nec dependens in fieri, ut satis constat ex dicendis.

Prima opinio tenet formas complexionis et elementorum creatas fuisse, de potentia rationis absoluta censet potuisse creari, communiter est apud Thomam. Secunda ita necessario eductas defendit ut a seors nullo pacto potuisse creari. Tertia propugnat sic fuisse creatas, ut impossibilem censet illarum educationem. Ultima tenet de facto quidem eductas fuisse absolute tamen potuisse creari.

## ASSERTIO VI TA S?

**F**ormae coelestes, et elementales in proxima mundi conditione educitae sunt ex potentia materiae. Suadetur ratione: forma dependens in esse a materia ex huius potentia fuit educta: sic se habent coelestes, et elementales: q. materia non est ex vulgari expositione educationis proximo minoram: quilibet forma materialis necessario dependet in esse a materia: sed similes formae materiales sunt: q. proximo maiorem: nulla forma materialis valet esse, nec ex materia conservari: alias illam ab spirituali non secesserit: q.

**C**onfirmatur: forma per se non subsistens in suo esse dependet a materia: sed formae materiales non subsistunt per se: q. materia contra videtur: quae enim forma per se non subsistit materia egeret subsistat. Pro maius minor: nulla forma materialis se sola subsistit: separata enim a materia statim corrumpitur: sed quae non subsistit se sola per se subsistens non est: q.

**A**sserunt Thomae formas coelestes et elementorum a materia pendere tanquam a subiecto receptionis, minime vero tanquam a subiecto educationis: ad hoc enim necessarium iudicant quod materia proportionata ad formam subiecti fixationem, quod quidem non evenit in proxima mundi conditione in qua materia non praesens formam, sed simul fecit producta cum illa.

Sed contra est: quia licet materia non praesens formam: hęc tamen se sola non valet esse sive existere quod speciale est formae spiritualis: ergo ad hoc in esse dependet a materia: quod autem in esse dependet simul etiam dependet in fieri. Primum: quia fieri est via ad esse secundo: ideo enim anima rationalis non dependet a materia in fieri quia ad illam non dependet in esse ut ait Angelicus Doctor prima parte quaestione nonagesima articulo 20: anima rationalis non potest fieri nisi per creationem quod non est verum de alijs formis: quia cum fieri sit via ad esse hoc modo aliqui competit fieri, sicut illi competit esse: q.

Deinde plures dependent formae materiales a materia quam anima rationalis: sed haec ab illa  
 dependet tanquam a subiecto receptionis: ex illa tanquam a subiecto educationis.  
 Denique dum conceptus species et sacramentalibus generantur veritas materia non precedit sub  
 piratione formae: ut utroque eorum in eodem maius instanti pro ducitur: similis ergo pro  
 cedentia minima ad generationem sive educationem requiritur.

### Solvuntur opposita §. 3.

Argues primo ex illo Genesis: in principio creavit Deus caelum, et terram: sed caelum,  
 et terra important materiam et formam: utraque ergo fuit creata, non autem educata si  
 quidem verba sacra accipienda sunt (Augustino iudice) in sensu literali dum nul  
 lum hoc sequitur abstrudum = Dic Verbum creavit pro eodem in sacra pagina  
 usurpauit ac produxit sive generavit. Patet ex Simbolo ubi dicitur Deum esse crea  
 torem visibilium, et invisibilium, cum tamen plures res visibiles non crearet sicut, sed educeret.

Argues. 2. Negat formam deduci ex potentia materiae, quoniam transit de potentia  
 in actum: sed in prima rerum productione materia non transit de potentia in actum:  
 ergo, prodat minor: materiae transire de potentia in actum est transire de non esse ad  
 esse formae: sed in prima rerum productione non transit materia de non esse ad esse for  
 mae: cum nullum detur instans in quo proceat sub non esse sive piratione formae.

Argumentum hoc difficultatem continet adversus opinionem. Dicendum tamen ad solu  
 tionem formae ex potentia materiae sufficere transitionem metaphysicam de potentia ad  
 actum ad quod solum requiritur quod materia precedat formam, non quidem pro  
 cedentia temporis et physica, sed naturae, sive metaphysicae.

Ad hoc enim ut forma edu  
 catur ex potentia materiae sat est quod illam causet in genere causae materialis. Causa illa  
 autem haec necdum existere valet, sed et necdum existit in eodem maius instanti edu  
 ctionis cuiuslibet formae: aliquid enim est instans in quo forma educitur ex potentia  
 materiae, in illo autem et datur materia causans, et ulterius forma, quae eius effectus  
 sit. Igitur precedentia illa temporis et physica, materiae sub non esse formae accidentalis  
 quidem est ad eius educationem.

Dices: materia non fuit in potentia ad formas celestes  
 et elementales ergo nec fuerunt deductae ex potentia materiae. prodatur autem  
 in instanti creationis materiae huc fuit in actu per formam in eodem maius instanti pro  
 ductam: sed materiaeque est in actu per formam non est in potentia ad illam: §.  
 Distingo quidem ante cedens: non fuit in potentia causante sive recipiente formam, ne  
 go: non causante sive recipiente, subdistingo: non fuit metaphysice et precise nego:  
 physice et precedentia temporis concedo, sub qua distinctione cetera coherunt.

9  
Iudicium prohibet quod Deus materiam creaverit tanquam causam actu cau-  
santem in instanti ipso creationis: ad hoc autem sufficiens est quod formas precedat  
in signo naturae siquidem causa actus causat non solum precedentia signi autem exhi-  
bit effectum. quapropter in eodem momento instanti quo natura producta est propriae ab illa  
profluit, sicut etiam lumen a sola in primo instanti sui productionis.

Respondo S. eadē  
maturatione qua Deus produxit materiam produxit etiam et formam: sicut etiam quae  
fuerit per fluxum, quae fieri possunt per pauciores: sed per actionem creativam produ-  
xit materiam: ergo etiam formam hęc ergo non sunteducta, sed creata. Distinguo  
maiorē eadem formaliter concedo: virtualiter nego maiorem. et distinguo minorem per  
actionem creativam quoad materiam creativam concedo; quoad materiameductivam nego ma-  
iorem, et distinguo prima nego ultimam consequentiam.

Deus ergo ut auctor naturae sicut  
perat rerum dependentis, formas autem materiales suapte natura exigent reduci ex mate-  
ria aqua inesse et conservari dependent: ideo eadem mater actio formaliter dupli-  
minere gaudet creativę videlicet materię, eteductivę forme in qua nullum inconveni-  
ens reperitur; actio enim creativę gignit rationalis simuleductiva est voluntatis et intel-  
lectus, similiter eadem actio Divina respicit divextionem libera est et necessaria.

Dices; idem compositum requirit creari et educi: et negat enim quod fiat ex nihilo et  
ex aliquo: sed admittit actione creativam materię eteductivam forme ita contingeret  
et negat ergo similitudo. pro ut autem minori actio terminata ad materiam et forme  
materialiter terminata ad compositum: ergo admittit actione creativam materię, et educ-  
tiva forme compositione crearetur creatum eteductivę denominatur enim per actio-  
nem ad ipsa sunt terminata.

Concessa maiori, nego minorem. ad probationem distinguo  
antecedens materialiter terminata ad compositum sub minore creativę auteductivę: sub minore  
unitive materię et forme concedo antecedens, et nego consequentiam, quam non est ter-  
minata productio implicita: actio enim qua Deus celum sive elementa produxit tripli-  
ci gaudet minore aut formalitate, creativę scilicet materię,eductivę forme, et  
unitivę utriusque, ideoque eadem actio sub triplici diversō minore est creativę mate-  
rię,eductivę forme, et productivę sive generativę compositi: hoc enim dicitur generare  
quod est illius materia aliqualiter transmutata de non esse ad esse.

Replicabis:  
creatio est productio totius esse, et non solum materię ita Divina sicut prima parte  
questionis quadragesima quinta articulo. 2. ad 2. et 3. ergo actio creativa necesse est ad ma-  
teriam, sed etiam ad formam, consequenter ad totum compositum terminatur =

Respondo et non per dicitur creationem sub speciali minore creationis ad solam

materia sub mixte autem educationis ad formam, et sub mixte productionis ad totum compositum terminari, nec obtemperare salutaris esse productionem totius esse. Compositum igitur convenit creari solum materialiter quatenus actio creativa materiam recipit. Sed productiva compositi, non vero formaliter: ad ipsam enim non terminatur sub mixte creationi.

Dicitur actio educitiva recipitur in materia et ab ea dependet ut notat manet in limine disputationis: sed actio quae dicitur formalis et tele mentales producit, et potest perfectissimam nec recipitur in materia, nec ab illa dependet: ergo non est educitiva. Dicendum actionem dicitur active sumptis nec in materia recipi nec ab illa dependere: tamen in substantia a Deo indistincta: passive autem accepta quatenus est ipsa fixa formae sive forma in fixa, a materia dependet, tamquam a subiecto quo fit, sive educitur.

Arguetur 2. quoque forma materialis dependet a materia in signo proposita deducimus formas materiales non creari, sed educi: sed substantia Angelica non dependet ab illius natura: est enim eius modus, illamque solum in signo supponit: ergo etiam fit per educationem: repugnat 3. Deum aliquis creaturam per creationem producere.

Dicitur esse substantiam Angelicam educi ex illius natura quoque tenet sequitur quod Angelus ut substantia non creatur, sed educitur, ad creationem se se dicitur Angelum creari quatenus eius natura se fit per creationem: cum nihil illius pro supponatur ad ipsam, cuius contrarij accidit inente materiali.

Arguetur 5. Caelum est incorruptibile: ergo etiam ingenerabile: verum quod fit per creationem: Antecedens patet quia corruptio in eo stat quo deficiente forma generatur materia: materia autem caeli incapax est alterius formae: unde illa deficiente non remaneret materia: quin aam fias sine forma instituat. Secundo: materia caeli connectitur essentialiter cum eius forma: sed actio unum producit producit etiam aliud cum illo conexum: si ergo materia caeli fit per creationem necesse est quod per creationem fiat eius forma.

Concedo antecedenti, nego consequentiam: quia optime coheret quod materia caeli nequeat sub alia forma existere et quod praesertim in signo formae plenam: hoc autem sufficit ut fiat per generationem. Caelum ergo tenet ingenerabile est generatione quae sit proprie transmutatio physica. Ad secundum concedo antecedenti, nego minorem: proprietates enim connectuntur cum essentia et tamen non vel non producantur ab agente, vel produci possunt per diversam actionem. fit ex quo quod ex argumento tenet inferitur quod actio esse creativa materiam caeli connectitur cum ipsa ut educitiva formae.

Ex dictis satis colligitur animam rationalem non

educitur ex potentia materię: cuius tamen uadetur: anima rationalis est independens  
a materia: & non educitur ex illa quod enim educitur ex alio ab illo dependet, causa  
terę in genere cause materialis: proinde antecedens: anima rationalis est immaterialis  
ergo et independens a materia consequentia constat a paritate: ideo enim alij forę  
materialis sunt quia dependent in esse a materia.

Confirmatur: anima rationalis  
non continetur in potentia materię: q. prioriter antecedens esse et operari animę  
rationalis excedit capacitatem materię: esse enim immateriale quidem statum est  
supra omnem materiam: sed quod aliud excedit non continetur in illo: q. = Dicitur:  
anima rationalis dependet in esse a materia: ergo educitur ex illa: antecedens pro  
pter anima rationalis dependet a materia in operari: sentire enim et vegetare  
sunt operationes a materia dependentes: sed quod dependet in operari etiam dependet  
in esse: q.

Hæc ergo antecedens ad privationem dic animam rationalem solum pende  
re a materia in operationibus inferiori hordini: sentire scilicet et vegetare: minime  
vero in uelle et intelligere, quę quidem operationes longe perfectiores sunt ipsa  
materia: subindeq. proflexere exiunt ab esse perfectiori quam quod possit ama  
teria pendero.

Replicabitur: ergo anima rationalis saltem in principij sentiendi et uolendi  
dependet a materia: principij enim operationum a materia dependentij sal  
tem ut uelle, a materia dependet: q. ut vegetativa, et sensitiva educitur ex potentia  
materię = Hæc ergo sequatur: anima quippe rationalis est eminenter vegetativa et  
sensitiva: ideoq. habet esse excellentius materia, consequenterq. independens ab illa:  
nequis q. in illius potentia contineri, nec ex ea educi. Caput 3 de privatione

## 1 Caput 3 de privatione

Questio unica in quo consistat privatio  
et carentia rei.

Nonnulla prelibantur, et referuntur setq

§ 1.

Tametsi si privatio ex potentia materialis principium ad privans instituitur spectet, du  
vium tamen de omni carentia procedit: omnium quippe eadem est difficultas. Caren  
tia igitur duplex est: virtualis et formalis: prima est entitas positiva inferens eaq.

tiam abesse ueritas frigoris necessario inferent earentiam caloris. Carentia autem formalis srat in non esse xai dahi a gigitur in quocumque an in aliquo esse consistat, an uero in praxum nihil.

Prima sententia priuationem amataa primam distinctionem propugnauit, simul asserens materiam non esse ens acti, sed pure negatiu; illam tamen referat Aristoteli quo materia sit subjectu receptiu formaru, quas quidem recipere non possent semel a priuatione indistincta, alia forma recipere in eius priuatione. Alij defendunt earentiam esse quoddam ens reale negatiu, sive extrinsecum quendam ab omni ente positivo distinctam. Alij uero sentiunt esse quid indistinctu ab ente positivo, alijs esse relationes uel subjecto inherentes, uel ab illo indistinctas. Commento tamen asseritur earentia omnes esse praxum nihil licet ex modo concipiendi significet ali quid

### Assertio nostra s2.

Carentia rerum ex parte objecti sunt praxum nihil consistunt q in non esse rei, cuius earentia sunt. Sic patens Henricus de casu diaboli capite undecimo: cogitas dicere aliquid secundu formam loquendi, cum non sit aliquid secundu rem. Item Diuus Augustinus soliloquioru capite tertio: mors est, immo non est mors, quia nihil est mors. Sed mors est earentia uis; ergo nihil est huiusmodi earentia.

Sualetur etiam ratione: earentia rei est non esse ipsius: sed non esse rei est praxum nihil: q proximo q non esse rei est eius contradictoriu: sed contradictoriu rei est praxum nihil: q. prouatur minor. contradictoriu rei non est aliquid: si enim aliquid esset res eius contradictoriu foret unum et aliud: sed res eius contradictoriu non sunt unu et aliud: immo sunt circa idem ut patet commune proloquij: q.

Sualetur 2º eadem minor: contradictoriu entis positivi negat quidquid importat ens positiu; sed ens positiu est ens reale: q contradictoriu entis positivi negat ens reale: resrat q quod sit praxum nihil = confirmatur nullum ens positiuu praxum Deum existit ab eterno: sed ab eterno existit rerum earentia: ergo non sunt aliquid positiu. = Quod autem priuatio forme non consistat in relatione sic etiam stabilitur: si enim in relatione consistat subjectu priuationem forma esset fundamentum relationis, forma uero foret eius terminus, nec aliud facile designabit: sed hoc requirit dici: q proximo q. positio fundamenti ex termino resultat relatio: sed positio subjecto, et forma priuationem resultat alia hoc coniungeretur, simul q. existeret cum forma qua priuat. q.

### Solvuntur argumenta s3.

Argues primo: de petra seculificata non esse, si uero existere: ergo non esse siue

non existere identificatur cum petro. propterea consequentia dum esse se esse existere  
verificatur de petro esse sive existere identificatur cum illo: ergo a simili con-  
cedo antecedenti, nego consequentiam ad probationem etiam antecedenti concedo,  
consequentia negatur: licet enim in propositionibus affirmativis sive positivis pro-  
dicatum identificatur cum subiecto in negativis autem non identificatur cum illo.

Cases hoc in hac propositione petrus non est albus ubi non esse album non identifica-  
tur cum petro: alius manente huius entitate nunquam foret albus immo semper  
careat albedine, cuius contrarium dicitur non admittit. — Replicatis: semel ac pro-  
prietate identificatur cum subiecto non esse predicatum distinguitur ab illo: quod semper pro-  
prietate non identificatur cum subiecto non esse predicatum est a subiecto indistinctum: con-  
sequentia tenet a positivitate. antecedens etiam constat: licet enim animal quod predicatur  
de homine identificatur cum illo non esse animalis ab eo distinguitur.

Omitto ante-  
cedenti nego consequentiam quia quod predicatum non identificatur cum subiecto  
independens omnino est ab eo quod cum subiecto identificatur carentia sive non es-  
se predicatum: etenim quod non est cum nullo identificatur & sive ergo predicatum iden-  
tificatur cum subiecto, sive distinguitur ab illo subiectum tamen nunquam identifica-  
tur cum non esse predicatum: inter esse enim, et non esse nulla valet identitas ex excessu.

Argues 2: carentia Petri est vere possibilis videlicet potest necesse existere: sed om-  
ne possibile est ens positivum: 2. — Secundo: quod vere existit est ens positivum: sed vere exis-  
tit carentia anti christi: 3. probatur minor: vere non existit anti christus ergo vere  
existit eius carentia — Distinguo maiorem est vere possibilis positivitate scilicet et positiva  
nego: equivalenti et remota concedo maiorem et concessa minori in sensu distinctionis  
nego consequentiam — Ad secundum distingo maiorem quod vere existit existentia  
positiva & restricta concedo: remota et equivalenti nego maiorem in distinctione  
nego consequentiam.

Pro huius argumenti solutione Augustinum libro de vera  
vera abscultate: *nescio quomodo dicantur habere egestatem. Fale enim enim acci.*  
1) Locum aliquam tui luminis caret dicantur habere tenebras, quod nihil aliud est quod  
2) tamen non habere. Non enim tenebre quarum venient aut recedunt, sed carena lumi-  
3) na hoc ipsum est tenebras esse ut carena veste hoc est esse nudus: quoniam non veste  
4) accedente veluti aliquas mobilis queditas fugit. Quam ob rem ut quod dicitur expi-  
5) cem ita dicitur habere egestatem quasi dicitur habere non habere.

Hic igitur libris ut ad mentem loquatur Augustini, notandum est non semper de-  
notare aliquid esse positivum ex parte subiecti, sed potius negativum, sive non esse. Patet enim

propositionibus adductis in objectione: hoc enim carentia per se est, vera possibilis equiva-  
let huic: per se non existit, necessario, que quidam nihil positivum importat, ex parte  
objecti. similiter dicendum de existentia, que reliqua de carentia non verificatur velu-  
t aliquid positivum, et tribuens esse, sed tamquam aliquid pure negativum et remo-  
vens esse, sive existentiam.

Igitur propositio hęc: <sup>vel</sup> verum existit carentia antichristi &  
quivalat huic: antichristus vera non existit, in qua nihil positivum importatur: sed  
pure remotivum sive negativum. Item notandum hoc verbum nihil etiam in figuram usum pa-  
ri categoriam videlicet, et sine categoriam: in prima sensu ipsam significat  
nihilitatem ut dum dicit: nihil non est: tunc enim de ipsa loquitur nihilitatem.

Sincate-  
goriam autem acceptum nec se ipsum, nec aliud significat, sed vices gerit pure na-  
gationis ut constat ex illo: tota nocte laborantes nihil capimus. Item apud illo nihil  
posito & ubi non significatur aut tanto labore nihilitatem ipsam capiam esse,  
aut sua nihilitatem cogitare. Ex his satis inferatur solutio ad argumentum appositum,  
rursus ad plura sophismata ex abusu vocum incidentia.

Dicitur tamen: quod im-  
portat predicam nullam contradictionem involventia est vere possibile: sic se habet  
carentia antichristi. = Distinguo maiorem: quod importat proprie et positive, con-  
cedo: improprie equivocaliter et ex modo significandi, nego maiorem. Porro carentia  
antichristi unice improprie et ex modo significandi talia importat predicata, quare  
nec hoc quod est non repugnat quod non existat antichristus concipitur a nobis, ac  
si non repugnaret quod existat eius carentia: hoc autem nihil aliud est quam pure  
negativum veluti positivum concipere.

Replicabitur: remotore existentiam antichris-  
ti proprie concipit eius carentia: hoc ergo proprie importat predicata nullam contradic-  
tionem involventia = Sargo antecedens: carentia enim non remota rem activitate  
aliqua positiva veluti forma contraria eius oppositam, sed vice ex modo signifi-  
candi, prout remotore concipitur a nobis ad modum actus vere excludentis per influ-  
xum positivum: cum tamen remotore existentiam antichristi idem sit ex parte rei signi-  
ficat ac antichristus non existere.

Insuper et modo antichristus non existit que  
eius existentia remotore: sed antichristus proprie non existit: ergo proprie remo-  
vetur eius existentia = Distinguo maiorem: que eius existentia remotore proprie aut  
improprie concedo: proprie precise sargo maiorem et conclusa minori nego consequen-  
tiam. Præ enim antichristus proprie non existat minime requiritur quod illius ca-  
rentia existentiam destruat per actionem positivam, sed sat est quod non existere anti-  
christus concipiantur tamquam aliquid remotore illius existentis improprie ex modo con-

cipiendi.

Vatio huius est quia <sup>ut</sup> antichristus revera non existat sufficit quod non datur: hoc autem quod est non dari antichristum est purum non esse illius. De quo licet loquamur ac si res aliqua foret, <sup>ut</sup> dum dicitur: datur sive existit non esse, vel carentia antichristi totum hoc se habet ex modo loquendi, forsitan per abusum, vel rotæ pernicia usitatus: ipsum tamen non esse nihil est quantum ad terminum positivum de ipso loquamur.

Argues 3. existente forma non datur eius carentia: sed quod non datur nihil est: ergo forma existente nihil est eius carentia. Nec ita ergo forma non existente aliquid est eius carentia: ni dicat carentiam formæ nihil esse sive forma existat sive non subinde in utroque eventu carentiam eodem modo se habere. — Concessa maiori distinguo minorem: nihil est sine categorematica concessa: categorematica, nego minorem. forma autem non existente carentia eius est nihil categorematice tunc enim datur nihilitas formæ: dum hæc autem existit non datur eius carentia.

Argues 2. carentia antichristi minus nihil est quam quædam: sed hæc est purum nihil ergo illa est aliquid saltem diminutivè. præter maiorem carentia antichristi non repugnat omnino, quædam vero est omnino repugnantia: sed quod non repugnat omnino minus nihil est quam quod omnino repugnat. Nego maiorem: non est ad privationem distinguo maiorem non repugnat omnino existere possitve nego: remotive et æquivalenter <sup>concedo</sup> nego. et distinguo minorem nego consequentiam.

Ut carentia antichristi esset minus nihil quam chimæra necesse quidem foret quod aliquam non importaret non repugnantiam existendi positivè: hæc tamen non importat sed unica existendi remotive et æquivalenter præterius existere carentia antichristi est æquivalenter antichristum non existere. Igitur in non existere positivè carentia convenit cum chimæra, quod sat est ut nulla sit minus nihil præ alia.

carentia Petri distinguitur a carentia pauli, et e converso: sed distinctio est passiva entitatis: ergo utraq; est ens. minor liquet cum consequentia. præter maiorem carentia petri separatur a carentia pauli: dati enim valer sine illa. — secundæ distinctio aliquid est: sed distinctio est carentia idantitatis: g. — ita præter nego maiorem: distinctio enim innuit unionem non esse aliud, sive unionem aliquid esse, quod aliud non sit: hoc autem requirit dici de carentiis ideoq; nec distincte sunt, nec idè significat, quia non sunt: renice ergo ex modo loquendi separare possunt, et distinguunt.

Dum ergo dicimus formam distingui ab eius privatione, sive negatione nonimus quidem formam esse aliquid quod non est eius privatio. Ex quo patet inferes, privationem a forma non distingui, et sic hæc non distinguitur a privatione =

Ad secundum omnia maiora distinguo minorem: est carentia identitatis ex modo significandi, concedo: ex parte rei significatur, nego minorem et consequentiam.

Permittimus utiq[ue] distinctionem aliquid positivum esse: hoc autem minime tollit quod ex modo significandi sit p[er] se carentia, quatenus apte explicatur distinctio p[er] quod unum non sit aliud, sicut unitas p[er] carentiam divisionis. Dicere tamen p[er] distinctionem p[ro] formali esse p[er] se carentiam, fundamentaliter vero aliquid positivum. Verum hoc positum in superioribus manet.

Propos. 6: Deus p[er] suammet entitatem est carentia alterius Dei: ergo carentia alterius Dei est vera entitas: ex hoc omnes alij. suaderent antecedens: Deus p[er] suammet entitatem alium Deum excludit: a semet ipso enim est immultiplicabilis: 2. = Concedo antecedenti, et prima consequentia nego secundam: quia cum alter Deus sit impossibilis et chimæra, eius carentia aliquid possibile est, et vera entitas, secus vero carentia positivæ entitatis de qua in presenti.

Aliquis denique: si privatio non est aliquid positivum totum in materia privationis quæ sunt formæ: tunc enim materia non est privata omnibus formis p[er] suammet entitatem, sed p[er] non esse cuiuslibet formæ: cum autem non esse unius formæ non sit non esse alterius, restat quod in materia dantur infinite privationes cum sit privata infinite formis: hoc autem est manifestum absurdum: sic enim impossibile iudicamus infinite in actu.

¶ Potum retinenda concedimus quin illarum subrequeatur absurdum, dari enim infinite privationes est non dari infinite formæ, hoc autem non est existere, sed potius non existere infinite in actu, sicut ex quo dicitur in homine carentia infinite perfectionis non requiritur esse in homine aliquid infinite, immo contrarium infertur: p[ro]pterea quod cum carentia saltem ex parte rei significatur nihil sit nec est una neq[ue] plures, unitas enim est pluralitas est p[ro]p[ri]etas entitatis.

# Caput ultimum de composito subs- tantiāli.

Questio 1<sup>a</sup> an unio materię et formę realiter  
stabilis distinguatur, recensen-  
tur sententię.

S. t.

Nemo non avertit materiam et formam intrinsicè realiter uniri. dubium autem  
id quæ satius difficile est: an seipsis immediate et vero non a ab utraq; realiter dis-  
tincto copulantur? nec loquimur de actu uniendo, inveniendi effectiva, sed de forma-  
li, ea scilicet quæ unumq; extrinsecus formaliter intrinsicè copulantur.

Sententia affirma-  
tiva frequentior est apud Ierosolimitanos illam tamen plurimi ex Thomistis defendunt  
concreta unionem substantialem esse quendam modum extrinsecus realiter super ad-  
ditę. Ita Caxmelius diacalciati, Illustrissimus D. L. de Araujo Nobilius & eminentis-  
simus Florentinus, ceteri plures subscribunt ex Thomistis, negativa vero nobis videtur  
probabilior et eo superius dictis consequentius, ex quibus hauri difficile est, quæ  
a prioribus adversariorum difficultates explodere.

## Assertio unica S. 2.

Materia et forma seipsis ununtur immediate, excluso quovis vinculo illis realiter  
super addito. Stabiliter ratione communiori; forma substantialis seipsa et immedi-  
ate unitur materię: ergo non ununtur realio vinculo ab utraq; distincto. proo antea-  
danti: eatenus forma unitur materię quatenus ipsa actualiter informat sed forma  
substantialis seipsa actualiter informat materiam: q. proo minorum: forma  
substantialis seipsa est actualis formalis materię: q. seipsa actualiter informat mat-  
eriam.

Quod autem materia seipsa uniatur cum forma facili negotio suadetur:  
materia enim unitur cum forma quatenus ipsam recipit: sed materia per suam  
metentitatem recipit formam: potissimum quidem minus materię est pati in-  
recipere q. Confirmitur: ex potentia et actu substantiali firmiter per se inli-  
nea substantię: sed materia et forma seipsis sunt potentia et actu substantia-

lis; ergo ex illis fit immediate unum per se in linea substantiy. Franciscus sed non  
 fit ex materia et forma unum per se nisi quatenus unum ut ex oportet in  
 mediate

Dicit materiam esse receptivam formę, hanc autem informativam ma-  
 terię in actu primo: atamen ut transeant ad actum secundum, si ex exercitio re-  
 cipiendi et informandi egerit modo unionis realiter superaddito, quę sit exer-  
 citio et actus secundus recipiendi et informandi. Et genuinam aduersarij solu-  
 tionem mentem unę Divi Thomę apertio mente oppugnantę secunda contra g-  
 tes capite septuagesimo primo.

Ita ibi Doctor Anglicus: forma unita materię

- ab omni medio: per se enim competit formę quod sit actus corporis, et non per  
 aliquid aliud: unde nec et aliquid aliud faciens unum ex materia et forma, ni-  
 si agens quod potentia reducit ad actum. igitur forma ab omni medio unita mate-  
 rię: sed unio se habens veluti exercitio, et actus secundus aliquid medij est: re-  
 pugnat igitur similis unio, si mentem attendas tantis preceptoris.

Dei gratia tamen inque-  
 natura solutio: materia enim est que formam recipit et sustentat, simulque que  
 in actu secundo actuatur et informatur: videlicet modo unionis formam recipere  
 ab ipsa actuata et informari, similiter forma anima rationalis per se ipsa  
 actuatur et informat materiam; corpus enim animatur ab anima, minime vero  
 a modo unionis superaddito: ergo materia recipit hęc autem informat in actu  
 secundo materiam, secluso quovis modo ab utraq; distincto.

Deinde ex prope-  
 re colligitur solutio per se non de alibi in actu secundo per albedinem, sed  
 per unionem: hęc igitur formalis dealbandi, non autem albedo, quod proxime et  
 capitula videtur. Verum quia sicut unioni est unio sic formę informare, si ergo  
 unio de sinistra unit immediate extrema quę aduersarij, forma etiam deest im-  
 mediate informare se et applicata materię per agens illam producere.

Denique:  
 forma Deum formam creatam in materia ab ipso modo illo realiter superaddito, valet  
 utriusque producere rem sine eius modo: tametsi modo producere nequeat sine re  
 modificata per ipsum. proxi in hoc casu forma materiam actuatur illam in de-  
 minis esse constituat quod nequeat per se ipsam: igitur forma consti-  
 gitur unita materię secluso vinculo ab utraq; distincto.

Nec satis occurrunt alij ac-  
 solentes unionem super additę esse per se conditionem ut forma informat mate-  
 riam minime autem rationem formalem informandi: hi enim noticiam agere  
 videntur: sicut enim forma informat in actu secundo materię per propriam unitatem



maior distinguitur minoram: non ex istis unio quoad denominationem defectu recti nego: defectu connotati concedo minorem, et distingo consequenti: Sed secundo quod imponatur in recto nego: ex parte connotati concedo consequentiam. Unio necesse imponatur ex parte recti unitatem extremorum, sed vultus dicere ex parte connotati actionem unitatis: hac ergo deficiente deficit etiam denominatio unitatis defectu quidam connotati necessario requisiti ut ex utraque predictam accipiant denominationem, minime vero defectu unitatis extremorum in qua formaliter unitative consistit predicta unio.

Ad secundo dicuntur quoad denominationem expressivam rationem distinguitur ab eius unitate, quatenus aliter ex premissis extrema ut unita, ac ut separata rariatur si per proprias unitates immediate formaliter unitatur, unio igitur quoad denominationem per se addit expressionem ad se ipsam quoad unitatem acceptam ut diximus de relatione eius a fundamento proprio indistinctiorem propugnantes.

Dices. 1. esse unitatis et non unitatis opponitur contradictorie: si aliter se habet materia unita, ac non unita, sed ut materia aliter se habeat debet illi aliquid superaddi quod unita est per aliquid per adiectum. Alii concessis distingo subtrahitur: aliquid per expressionem et denominationem, concedo unitatis nego minorem, et in sensu distinctionis consequentiam. Sicut igitur subjectum transit ad esse rellatum per peram connotationem ad terminum, sic etiam materia ad esse unitatis per connotationem actionis unitatis.

Ad 2. actio generativa hominis aliquid producat: sed non producat materiam nec animam rationalem ergo unionem unitatis nihil exim aliud fingi potest. Concessis premissis nego consequentiam: quia ut actio generativa terminum aliquem producat necessarium est producere materiam formam aut unionem distinctam sed rar est producere terminum totalem hominem scilicet: ad hoc autem sufficit quod ex vitali actionis animae rationalis quae non erat in materia generatur in illa.

Ratio huius est quia ad veram generationem substantialem unice requiritur quod materia transcat de non esse ad esse formę: quod quidem ita accidit et si actio per se materiam nec unionem producat, dummodo materiam disponat usque ad subceptionem formę, sicut etiam ut per se homo nec animam non est aliquid illius subiective destitutus, sed rar est efficere quod forma non sit in materia sive quod separaretur ab illa.

Respondebitur: actio generativa unit effective materiam et formam quod facit rive producat unionem: alias nec materiam producat nec formam quod unio est ab utraque realiter distincta.

Alijs concedo d'iringo subsumptio: nec materiam produci nec formam sigillatim ac-  
cipi concedo quoad simultatem nego antecedens et consequentiam. Porro ut supra va-  
actio materiam et formam quoad simultatem producat solum requiritur quod fa-  
ciat esse simul ad quod solum exigitur materiam disponere usq' ad receptionem forme.  
sed de hoc satius questione subsequenti.

¶ Argues. 3. informatio quid distincte est ab  
ipso forma: sed informatio est unio; suaderit maior primo; qualicet anima ratio-  
nalis per quam nec minorem sit informativa non semper informat. g. Secundo for-  
ma actu informans realiter importat in formationem quam non importabat pre-  
riori: ergo idem. 3. si enim informatio, sive causalitas forme (idem dicitur de ma-  
teria) indistincta foret a forma, sic esset actus actus purus et infinitus: optime quidem  
Deum esse actionem fluxum ex quo in linea curandi et operandi actum secundum lo-  
tificet.

Ad primam nego antecedens quam subsequens non exoritur pro ratio: qualicet ani-  
ma rationalis quandoq' materiam non informat, aliam ut non transcat ad actum informandi, so-  
lum ex actione agentis illam conferenti materiam apte dispositam ad secundam d'iringo  
antecedens: quam prioris minime importat quoad determinationem concedi  
antecedens quoad entitatem nego antecedens et consequentiam.

Ad ultimam, nota  
rationem dic' evidentem materiam et forme cum actu secunde recipiendi et informandi per-  
fectam colligi illarum infinitudinem: cum enim recipere et informare imperfecte sit,  
tanto imperfectiores evadunt quanto plus ad informationem et receptionem acci-  
dunt. Unde autem identificans actum essendi et operandi evadit infinitus ex quo  
predicti actus sint perfectiones simpliciter simplicis, sive nullis imperfectionibus  
admixti.

¶ Argues. 2. materia vere et realiter mutatur per unionem cum forma: ergo  
unio ab illa realiter distinguitur. Secundo partes lineae integrantes uniuscuiusque puncti  
indivisibiles realiter distincti ab illis: ergo idem in presenti ad primum dic' materiam  
mutari per formam illi conferentem novum esse minime autem per unionem interjec-  
tam ad secundam concesso antecedenti nego consequentiam: siquidem partes lineae non  
comparantur ad invicem per modum actus, et potentiae veritatem materiae et forma:  
neq' proportionate ut immensitate seipsae copulerentur.

Questio secunda an compositum,  
sive totum substantiale distinguatur  
realiter a partibus simul sumptis,<sup>et unitis.</sup>  
Titulus aperitur et aponuntur sententiae.

S. r.

Disputatio de toto phisico essentiali, sive de composito naturale praecedit; rogamus igitur an formaliter consistat in aliqua tertia entitate distincta quidem a partibus simul sumptis et unitis, an vero sit realiter indistincta ab illis? Scilicet partem tenentur affirmativa quibus pauci merito adherent. Opinio autem negativa receptior est et per se demonstrabilis.

ASSERTIO NOSTRA S. r.

Compositum substantiale realiter non distinguitur a partibus simul sumptis et unitis, efficaci suaderet ratio: compositum substantiale formaliter consistit in partibus et unitis: quod distinguitur realiter ab illis. proo antecedenti: in eo stat compositum substantiale quo intellecto, ipsum etiam compositum intelligitur: sed intellectus materia et forma ut unitis ipsum etiam compositum intelligitur. g. proo minore: intellectus materia et forma ut unitis intelligitur unum ex materia et forma sed compositum est unum ex materia et forma g.

Confirmatur: dummodo compositum foret aliquid praeter materiam et formam ut unitas, aliquid hominis esset totus homo: hoc autem est proxius imperceptibile. g. proo maiore: illa tertia entitas praeter materiam et formam hominis aliquid hominis est: hic enim praeter illam includit etiam materiam et formam: ergo si compositum foret aliquid praeter materiam et formam aliquid hominis esset totus homo. Secundo: si compositum est tertia quaedam entitas materiae et formae super addita homo componeretur ex aliquo quod esset totum et ex alio quod esset pars: hoc dici nequit. g.

Proo maiore: compositum substantiale est quaedam substantia completa: sed substantia completa nihil aliud est praeter materiam et formam invicem unitas: g. proo minore: substantia completa est substantia indeterminata specie constituta: sed materia et forma indeterminate sunt substantia indeterminata specie constituta: forma enim est com-

plonarij materij ipsam actuari, unde determinata species constituitur: 2.

### Argumenta solvuntur §3.

A Arguit primo ex philosofo asserente septimo metaphisice textus sexagesimo, quod silaba Ba non est B<sup>et</sup> A<sup>et</sup> sed quod dicta silaba est totum; B<sup>B</sup> autem et A<sup>A</sup> sunt partes: ergo totum a partibus distinguitur, sic sensum esse philosofo quod silaba non est litera inordinata, sed que ordine quadam profertur. Quia propter si quis profertur: A postea dicitur B. litera non constituit silabam Ba, sed Ab loco tamen predicto nec verbum de distinctione totius a suis partibus exprimitur. continetur.

Arguet 2o nihil causat se ipsum: sed materia et forma causant totum substantiale: ergo totum substantiale aliud est a materia et forma = Secundo partes totius sunt in toto: sed totum non est in se ipso: ergo partes et totum realiter distinguuntur = Ad 3o quod distingo maiorem nihil causat se ipsum ex se ipso, concedo: <sup>in se ipso</sup> tamen ex se ipso modo constituitur subdistingo se ipsum sub eadem ex se ipso, concedo: aliter ex se ipsum nego maiorem et distingo minorem nego consequentia.

Licet quod intercausam ex se ipso et eius effectus realiter intercedat distinctio sicut accidit in causa in se ipso et constituitur respectu constituti: causat enim conferens constituto sustinere: compositionem ergo substantiale nihil aliud propter materiam et formam ipsum constituitur, sicut homo idem est ac animal rationale.

Sed ut hoc perfecte concipiatur, totam materiam et formam posse considerari quatenus ad invicem conferuntur, cuiusque prout ad compositionem comparantur sub prima acceptance materia se habet ad formam ipsam recipiendo; forma autem ad materiam eam actuando, sive perficiendo, quo in sensu ad invicem distinguuntur veluti recipiens, et recipientem informantem et informatum: si autem comparantur ad compositionem nec ipsam recipit materia, nec actualiter formam, sed utraque se habet veluti pars ipsam constitutivam: constituitur autem et constitutum unice informantem ex se ipso distinctionem.

Ad secundum distingo maiorem: sunt in toto veluti continent in constituto concedo, aliter nego vel concessa minori, nego consequentia. Licet enim quod est in alio vel tanquam forma in subiecto velut aqua in vase <sup>et</sup> tamen quod est in se ipso, et tanquam pars constituit unice dicitur ex se ipso distinctionem. propter quam quilibet pars singularis est in toto vel tanquam partes simul sumptis non sunt in toto, sed totum ipsum.

Replicabit: nihil dependet a se ipso: sed totum dependet a partibus: ergo ab illis distingo.

† ab illa distinguuntur

Quia vero dictum non est a partibus pendere late et improprie quatenus scilicet nec  
 de se nec intelligi valet sine illis, minime vero proprie et congrue effectus a cau-  
 sa finali aut efficiendi. Illa autem dependentia nullam auget realem distinctionem  
 totius a suis partibus; bene tamen expressivam qualis est quae inter animal natura  
 le et hominem agnoscimus.

Arguetur. 3. fluxa verificantur de toto, quae non verificantur  
 de partibus: ex quo ad iocem realiter distinguuntur a toto a se antecedens: nam de toto verifi-  
 cantur componi et generari, sicut et esse compositum et constitutum: partes autem nec ge-  
 nerari valent nec componi, similiterque licet constiterint sicut et compositum, mi-  
 nime vero compositum sive constitutum. 3.

Dicuntur verificantur de toto similitudinem verifica-  
 re de partibus simul sumptis et unitis in sensu entitativo sicut autem in expressivo, ad  
 quod sufficit expressiva distinctio partium componentium a toto per se a se composito. Ad  
 modum quo dicitur de definitione quod quid affirmatur de definito in sensu identi-  
 co licet non in expressivo in quo de definitione affirmatur esse definitum de se autem  
 quae definitur esse definitum.

Propter quod quod de partibus ut unitis verificatur con-  
 sumpti quatenus amittunt unionem similitudinem generari quatenus actiones ag-  
 tes unitis sunt et copulatae. Sicut et partes componentis sive constituunt totum qua-  
 tenus in iocem unitis sunt autem ipsum compositum sive totum quatenus considerat  
 ut unitis, sic enim eorum sunt in linea substantiali, sicut et ipsum compositum, non  
 tamen unitate simplici sed composita.

Propter quod autem confessione notandi  
 materiam esse quandam entitatem ab entitate formae condistinctam, compositum  
 vero esse tertium quid ex utraque qualiter. Ex quo minime infertur compositum  
 distinguere a partibus simul sumptis bene tamen ab utraque seorsim accepta; ideoque  
 et si plurimi adversariorum voce defixerunt et tamen nobiscum conveniunt asseren-  
 tes per actionem generativam nec generari materiam nec formam, sed novam  
 quandam entitatem ex utraque compositam, quod nos utique libenter fatemur.

Igitur  
 utramque partem exponam a seorsim quidem compositum esse specialem substantiam  
 distinctam a materia et forma sigillatim acceptis in quo a parte defertur totum subs-  
 tantiale a quo libet alio: dem enim coaerantur lapides a se manus unguentum  
 non dicimus novam generari substantiam: quippe manus unguentum nihil aliud sunt  
 quam manus simul positae, non vero nova aliqua entitas ex duplici materia et forma.  
 materia autem et forma in iocem unitis tertiam constituunt entitatem hominem scilicet  
 licet leonem &c. Libet 2. Physicorum.

# Liber secundus phisicorum.

Superiori libro de principiis essendi nunc vero de principiis agendi operandi utro-  
nisi philosophi principiis subscribamus. Unum autem pro oculis pono causerum  
scilicet exactiores notitiam sedula esse vigilantia conquirendis: plurimum quippe  
per utilitatis aspectu pro cuius causa rei natura persequenda sed potest quia res a suis  
causis in erro dependens per illa pericula facile ignoscere merito igitur feliciter pro-  
clamat poeta rerum principia, siue causas agnoscentem ut constat ex illo

Felix qui potuit rerum dignoscere causas.

## Caput primum de natura violenta et arte.

Questio prima quid sit natura et quibus  
ratio naturae conveniat.

Namque natura<sup>re</sup> accepti<sup>nes</sup>: apponunt<sup>tr</sup>.  
St.

Natura primo sumitur pro rebus omnium collectione: hoc autem in sensu aliquid  
esse in rebus natura communiter dicitur. Secundo accipitur pro Deo omnium rerum  
opifice, qui natura naturans, minus quidem latine vulgo nuncupatur, ab Augusti-  
no tamen creatur natura dicitur. 3<sup>o</sup> pro rei essentia sive generalitate. 2<sup>o</sup> pro illo quod  
est in oppositum supernaturali. Quinto pro rebus naturate, quo in sensu ait Apo-  
stolus non esse natura filios in hoc est ex ipsa naturate originali infecti peccati.

Septo accipitur natura pro temperamento humorum, siue creatura primarum quali-  
tatum sic autem aliquam naturam illam dicimus, hanc item Denique accipitur  
pro primo principio, siue radice intrinseca operationum aerebus profluentibus, sub  
hac autem ultima accipiuntur nunc est de natura per se tradit.

amplectitur. +

Aristotelica natura<sup>et</sup> definitio exponitur. scilicet  
Natura ex Aristotele hic textus est principium et causa motus, ex quo eius  
in quo est primo et per se et non secundum accidens. primo ponitur principium, nuncius  
que in se sit causa rerum principium, que causa non sunt a conceptu et moveret  
naturam. Deo ergo causa est quae in se sit mutationis generationis scilicet alteratio-

nis, sive augmentationis &c. est tamen natura principij quietis quatenus in illo qui  
est in statu quem adquisiuit per motum: quietis, q. non iuxta causam motus, sed iuxta  
mini adquisiuit quiete indiget.

Reliquas etiam particulas eo apponit ut in dicitur  
naturam esse causam rebus intrinsicam ipsas q. primo et perse, minime autem  
secundarias, et ex accidenti convenientem. Merito igitur habitus a q. capta respellunt  
tres naturas veluti principia secundaria, et ex accidenti rebus advenientia.

Nota.

men particulas illas motus, et quietis accipiendas esse per distributionem accom-  
modam: quippe q. unice est principij motus, tunc autem natura unice est quietis  
tis principij. deinde nota naturam non constitui per ordinem ad quaslibet opera-  
tiones naturales, licet enim calefactio ignis consona sit inclinationi nature, illa tamen  
constitutam supponit: cum non sit motus eius in quo est, sed alterius in quo na-  
tura ignis minime reperitur. Ex quibus precipue magis obiectivum esse fieri solent.

## Altera pars disputationis resolvitur.

Assero primo materiam et formam proprie convenire rationi nature: sunt enim principi-  
um motus et quietis eius in quo est &c. proutatur assumptis: constitutiva intrinsicam  
et essentialia rei predicti motus, vel quietem causantur sunt causa talis motus et que-  
tis: sed materia et forma sunt huiusmodi: cum rei quolibet naturalis essentialiter  
constet ex materia et forma: q.

Assero 2. compositum non esse vere, et proprie naturam, esse  
tamen late, et improprie prima parti suadetur, nam compositum non est absolute prin-  
cipium primo et perse: esse enim principij activi illi competit ex materia et forme passi-  
vum vero nature materiam. secunda pars ex eo etiam constat, quod licet compositum  
absolute non sit primum principij est tamen primum principium totale: hoc autem sa-  
cienter late obtineat conceptionem nature.

Assero 3. nec Deum nec Angelos ratio-  
nem habere naturam, hęc enim definitur in ordine ad motum physicum et sensibilem:  
nec Deus autem nec Angeli immobiles motu moverentur illorum enim operationes omni-  
no a sensibilibus independent. hinc passim cogit animam rationalem immex-  
tam in materia obtinere rationem nature: licet enim operationes supra corpus  
et dependat naturam, ut velle, et intelligere, per materiam tamen aliquomodo sen-  
sibiles sunt.

## Nonnullis respondetur objectionibus.

Obijciat primo: motus violentus opponitur nature: sed non opponitur materiam: q.  
hęc non est propria natura. Suetatur minor: materia enim indifferens est,

habere naturalem inclinationem ad quatuordecim formas: quælibet autem motu con-  
naturalis est alicui forme subinde materię ipsę = trahere concessa, distingo minores:  
materię nudę simpliciter concedo, res autem potest ad aliquam formam partemque negotio  
rem et consequentiam. Materię igitur dispositę ad formam, aque violentus est motus  
calefactionis.

Obiecto 2. natura est principij motus cuius in quo est: sed forma non est  
sic principij motus: cum motum non recipiat: igitur. Dic formam esse principij motus,  
quę est incomposito. sic autem intelligenda est eius definitio = Obiecto 3. motus pro-  
gressivus est violentus: ergo forma quę eius principij non est natura, propter antece-  
dens: simili motus sicut in pedis ascensu et descensu: sed ascensu violentus est corporis  
gravi quale est quod motus moderatus progressivus. igitur.

Dic ascensum violentum quidem esse  
se gravi sensum insensibili, naturale vero sensitivo: hoc enim veluti subintrare per  
formam sensibilem ut procul a violentia ascendere possit. Quia propter levet corpus  
a simili forma separatum descendere epigar, propter tamen forme subjacet sensitive  
luxuriam naturaliter motus, et deorsum ut fluxa querat ad sensum cuius conservatio  
nam necessaria.

Obiecto 2. natura est determinata ad unum: non sic anima rationalis,  
ut pote libere operari: ergo. = Distinguo maiorem: natura propter oppositum libere,  
concedo: propter violento oppositum nego et concessa minore nego consequentia. natura  
ut libere operari utique est ad unum determinata: hoc tamen insensu latissime tu-  
mitur. stricto autem accepta principium est motus et quietis igitur, quod totum convenit  
animę rationali libere operanti. Questio secundæ doctrinalis quęnam anima et

Questio 2<sup>a</sup> doctrinalis quęnam anima, et violentis  
in natura, et an ars nature opera efficere possit  
resolvitur breviter.

S. V.

Violentum ita ex Divo Thoma definitur, cuius principij est extra passionem confere-  
te vim. principij igitur violentię est extra rem ipsam violentiam patientem necesse est  
esse: violentia enim non fluit ab ipse re cui infertur, immo ipsa resistente veluti in  
contrarię virtutis suę inclinationis, quod fieri nequit nisi ab aliquo extrinseco. Ut mo-  
tus sursum in lapide, deorsum inclinante obicit gravitatem.

Verba autem illa: passio  
non conferente vim id est inclinationem non habente, non negative, positive intelligi

devent: ad violentiam enim insufficient est quod passum mere negative et indifferenter se habeat ut aer respectu lucis: immo necessario exigitur quod positiva existat ut corpus grave ad motum sursum. Nota tamen violentiam necdum ex excelsi posse exa principium activum sed etiam circa passivum.

Quis ratio est quia in principio passivo datur valet repugnantia respectu illius quod naturalis eius inclinationi contradicit. Si ergo materia omni forma destituta maneret violentiam utiq; pateret: ferox enim contra illius naturalem inclinationem quae in omnes formas propendet.

Natura artis nota est ex dictis in logica. ibi asserimus esse naturam rationem factivam, vel quod idem est habitus intellectus dirigentem ad opus externum sive ex materia externa quae scilicet fero con-  
ficiendum. Opus autem illud ex praedicta materia confectum artificiale dicitur; quod quidam ita solus definit: artificiale est: cuius principij est extra in ratione practica extra nam disponentem materiam.

Hec autem definitio artificiale a naturali recessit et violento. A naturali quidem quatenus huius principium est intra, artificiale autem extra: in nullo enim alio (ait Divus Thomas hic lectione quarta decima) natura ab arte videtur differre nisi quia natura est principij intrinseci ex arte est principij extrinseci. Violentus vero convenit cum potestate artificiali quatenus utriusq; principij est extra differunt autem quatenus violentus oppositus naturali, secus autem artificiali: ars enim imitatur naturam, sed quoque imitatur naturam.

Pro secunda autem questione pariter decidenda a vero primo autem propria virtute solum esse principij forme artificialis accidentalis. Suadetur: nam Divinus intellectus a creato difert, quatenus per ideam et artem est factivus substantij secus autem creatus: quod intellectus creatus nequit per artem substantiam efficere, immo illam factam supponit: subindeq; forma ex dispositione artis in materia externa resultans accidentalis daverit.

De vero. 2. artem efficere posse formas sub-  
stantiales virtute agentij naturalij applicando scilicet activa passivi. Naturalia enim subiectionem artis directioni quoad illum applicationem: ideoq; valet ars naturalia invicem applicare ut effectus substantialiter producat. quod vel ipsa constat ex experientia: Demones enim rexy naturalij virtutem et activitatem dignoscere plures ex illi mixtibus effectus producere ut in Egipto magorum mixtura panas et serpentes et alia similia. Caput 2. de causis in commentis. questio prima quid et quotplex sit causa? op actus causae incommuni apponitur definitio. 51.

# Capitulum secundum de causis incommuni.

Quaestio prima quid et quotuplex sit causa?  
ex actior causa in com-

munia ponitur de definitio.

St.

Maximum dissident Doctores in causae definitione designanda ex qua flexitior et idem silentio preterierit, sed ut receptior tradam primo notandum causam strictissimam quatenus unice supponit pro causa efficienti. Et etiam posse accipi pro quodvis principio aducnapatio. 3<sup>o</sup> pro principio a quo aliquis originem ducit quo in sensu patrem Et exnem esse causam filij pro ei arseuerent.

Causae vero communiter acceptae definitio sub his terminis frequentius apponitur: causa est: principium ad quod sequitur aliud. per esse principium convenit cum generato lineae, privatione, alijsque quomodolibet rationem principij praedentibus, per se sequitur. verum in fluxu causae in effectum indicatur, huius dependentia a causa veluti aqua ducitur in esse. Ultima demum particula aliud scilicet distinctionem innuit effectus a causa.

Dices primo: pater et exnem esse principium ad quod sequitur filius per verum in fluxum tanquam persona ab illo distincta: et tamen requiritur dici proprie et stricte causa filij: & definitio causae non est admissenda = Sic pater et exnem esse principium filij ab ipso in persona distincti, non vero in natura: distinctio autem in natura necessaria requiritur ut aliquis valeat ab alio causari: nihil enim causat seipsum.

Quod quidem satis demonstratur per se aliud positum in definitione significans alicuiusmodi necdum in persona, sed etiam in natura: genus quippe navium, sicut dicitur Thomas prima parte quaestione trigesima prima articulo secundo ad quartum) ut potest minus determinatum significat generalitatem, sive essentiam: ideo in quaerenti quid est homo respondetur animal rationale. genus autem masculinum ut pote determinatius personam significat, quia propter quaerentem quid est iste optime respondetur Petrus, l. Paulus &c. consulto. ponitur in definitione naturalis ut ad significandum effectum esse a causa distincti in natura sive generalitate.

Dices. 2. conditiones sunt principij ad quod sequitur effectus, et tamen non sunt

causa illius q. nego antecedenti maiorem. Et enim conditiones positivae non influunt in effectum, sed sunt requisiti circa causam influunt. Dicitur 3. causa finalis sive vera causa: sed non distinguitur realiter ab effectu, eadem quippe res intentione se ipsam causat in executione: q.

Dicendum est in executione sive a parte rei existentem distinguere a se ipsa in intentione quatenus in executione habet esse sive existentiam physicam et positivam in intentione vero finem objectivam et intentionalem, quomodo autem se ipsam causat ex infra dicendis palam erit.

Communiter dividitur causa in finalem, efficientem, formalem, et materialem: causa enim principium est ad quod sequitur aliud: ad hoc autem quatenus praedictae causae concurrunt materiae scilicet veluti subiecto ex quo aliquid fit: forma tamquam perfectio rem indeterminata specie constituit, deinde causa efficiens a qua fit sive in potentia in actu effectus reducitur. denique concurrat causa finalis tamquam motus propter quod agens operatur: Quatuor igitur praedictae causae causam dividunt in communes.

Dicitur: idea operis praesentis in mente artificis est causa effectus provenientis ab arte. Similiter objectum est causa scientiae, natura proprietatis, dispositionis formae, et instrumentum operis per ipsum effectum: sed nullum ex his comprehendit supra assignata divisio: ergo certe debet diminui. Dic objectum et ideam reduci ad genus causae formalem: ad illius enim sunt effectus speciem et perfectionem tamquam ab extrinseco: ideo dici possunt causae formales extrinsecae.

Natura vero ad genus causae efficientis reducitur quatenus proprietates ab ipsa veluti a primo fonte dimanant. Instrumentum ad causam atinet efficientem: haec enim alia principalis est, instrumentalis alia. denique reducuntur dispositiones ad genus causae materialis quatenus illam ad causandum disponunt. At vero praedictae quatuor causae univoce invicem convenient ex dicendis constabit.

Porro res requisita ad causandum exacta dignoscas rogabitur primo an omnis causa sit prior suo effectu? ad quod respondes esse priorem praedictis solummodo si tamen natura illius ad quod aliud dependet hoc praecedat praecedentia naturae: sed omnis effectus dependet a causa: cum habeat esse ab illa: q.

Dicitur nequit intelligi causa causans quin intelligatur effectus: ergo causa et effectus possunt esse in eodem signo subinde q. absque ulla inter illos praecedentia = Dic optime componi causam et effectum esse in eodem signo intelligenti et quod causa praecedat effectum in signo naturae: licet enim simul concipiatur, effectus tamen intelligitur fluens, et dependens a causa in quo ita praecedentia naturae, vel dici quod dixi causa intelligitur causans concipitur effectus vians, secum autem praefectus.

Respondetur: an causa debeat esse existens in instanti operationis? affirmativa respondetur  
et approbatur: causa operans est aliquid reale, quia quod nihil est non operatur: sed om-  
ne est reale existit: g. = Secundo tenetur quod operatur secundum quod est in actu, ut per  
petrus docet Divus Thomas: sed idem est esse in actu ac existere: ergo causa operatur se-  
cundum quod existit: ergo existens debet esse ut operetur.

Dices primo: accidere valet pro-  
jicientem lapidem intexire priusquam motum conficiat lapis projectus: sed projiciens  
causa est talis motus: g. = Dic lapidis motum immediate causari ab impulsu lapidis inpro-  
so; qui quidem in lapide remanet et si projiciens intexeat. Dices. 2. dum gallus formico ge-  
neratur puli multoties galus intexit: sed galus est vera causa pulorum ergo existentia cau-  
sa non requiritur ad productionem effectus.

Dic causam etiam immediatam pulorum  
esse virtutem a gallo immissam et in omni tempore generationis pulorum existentem. Vel  
dic gallum virtualiter existere quatenus eius virtus generativa perrevertat ad eum illo  
deficiente. Sed solutio hęc generat docem difecta precedenti. Questio. 2. an causę

Questio. 2. an causę phisicę esse possint sibi  
in vicem causę? pręmituntur aliqua et ve-  
censentur sententię.

St  
Assertio Philopophi causas esse in vicem causas: quoniam autem in actu non de clari-  
tate acuminis. Illud tamen verum esse de causa finalis efficienti in hęc autem nullus:  
quippe finis apprehensus movet causam efficientem ad agendum, ut agens efficit sive in  
executione causat ipsum finem. Contra in sanitate, que lesa apprehensa medicum quę  
movet ut ipsam confectat in executione.

Verus adverte in eodem genere causę im-  
possibile esse mutuum causalitatem: quicquid in fine potest ut causa efficiens effectus sit  
sui effectus? si enim operatur quatenus est in actu, esse habet proprie nature ad eius  
effectum: nequit g. ab illo provenire: igitur pręrens disputatio ad causam materiale  
et formalem frequentius deolvitur. Quod autem in vicem esse causas tenent Thomę  
quibus nostri ut in plerumque adderent. Contra tamen opinio est subtilis Doctoris  
quam simul propagat. Scala Societatis.

Assertio nostra s. 2.

Inter materiam et formam non datur mutua causalitas. Suadetur ratio:  
forma non est vera causa materie: g. proinde antecedens materia supponitur et

tenet ad formam: sed forma non causat quod existens supponitur ad illam: g. pro  
 minor enim: quod forma causat habet esse pro potiori ad formam: ergo non suppo-  
 nitur existens ad illam: ni dicas aliquid existere prius quam habeat esse.

Explicitur  
 hęc ratio: forma est perfectio et complementum materię sed omnis perfectio suppo-  
 nit perfectibile: g. forma supponit materiam: hęc g. nequit ab illa provenire = Ex-  
 genit materiam non precedit seipsam g. nec causatur a forma: sed autem conseq-  
 uentia: si enim materia causatur per formam, supponit formam causantem: aliunde  
 etiam est ante formam, ut pote huius causam igitur nec causam est quod supponat seip-  
 sam.

Dicunt Thomistę materiam supponi ad formam veluti potentia perfectibilis per  
 illam: esse tamen potenter formam tanquam potentia per ipsam perfecta: sicut  
 dem omne perfectum potest esse perfectienti. materia ergo sufficienter formam prece-  
 dit ut hanc causet in genere cause materialis; rursus g. forma etiam precedit ma-  
 teriam veluti causa formalis et confertur esse perfectum in linea substantię

Sed solu-  
 tio hęc nihil continet quod nostrę adverteat opinioni; immo illa manifeste amplecti-  
 tur, deinceps g. solam de voce exit conceptio: etenim omnes fatentur formam ma-  
 teriam perfectere ipsam g. in determinato esse constituetur: restat tamen: datur ob  
 hoc ipsi conveniat esse materię veram causam. ad quod itcum admo se excuset ne-  
 gative respondeam, rursus g. nostrę firmatur opinio datę impugnatę solutio.

Quod materię non confert esse ipsius materię ea non causat vere et strictly: sicut nec pro-  
 ducit leonem qui ei non confert proprium esse: sed esse perfectens materiam non est ma-  
 terię sed formę: g. = Secundo: quod tribuit esse materię est prior illa: sed forma per-  
gesima secunda articulo primo in corpore: duplex est causa agens p[ri]nci-  
palis et instrum[en]talis. P[ri]ncipalis operatur per virtutem su[am] for[ma]m, causa  
instrum[en]talis effectus, sicut ignis suo calore calfacit.... Causa vero instrum[en]talis  
non agit per virtutem su[am] for[ma]m, sed solum per motu[m], a quo movetur a p[ri]nci-  
pali agente. Unde effectus non assimilatur instrum[en]to, sed p[ri]ncipali ag[en]ti.

» ita sicut lectus non a similitudine secunda, sed a nigra est in mente artificis.»

Ex quibus primo colligitur instrumentum non habere propriam et peculiarem motum, sed a principali agenti motum. Secundo instrumentum nullam in se habere virtutem productivam effectus, sed illam mutuo a causa principali quatenus per eius motum elevatur et proportionatur ad productionem effectus. Tertio perquam subordinationem ad causam principalem insufficientem esse ad rationem causae instrumentalis.

Deinde colligitur instrumentum exigere quod ex parte effectus nulla ei respondeat formaliter: tunc enim respectu illius non foret causa instrumentalis, sed principalis. Sicut licet voluntas aut intellectus eleventur ad actus supernaturales nequeant dici instrumenta ex quo predicti actus illis correspondent sub ratione vitalis. Denique colligitur causas secundas non a sumi a Deo ut instrumenta propria ad illarum connaturales effectus: cum possint virtute ad illos.

## Caput septimum de causa exemplari.

Exemplar, seu idea est id ad quod respiciens agens operatur. Sicutem ex Divo Thoma definitur: idea est forma quam aliquis imitatur ex intentione agentis determinantis sibi finem. Forma autem triplex est alia per quam aliquid constituitur, altera a qua aliquid efficitur. Tertia vero ad cuius instar aliquid operatur; hoc autem est de quo loquitur definitio us indicant illa verba quam aliquis imitatur.

Ponitur etiam ex intentione agentis ad excludendam formam illam ad cuius instar aliquid efficitur non per se ex intentione, sed casu et per accidens. Denique ponitur determinanti sibi finem ad significandum solum agentis per ideam in finem aliquem quem imitatur perstitit. In beata neque per idem operari an vero exemplar seu idea in conceptu formali sive objective consistat de fide est parum utilis, nec placeat in ea immorari.

## Caput 8. de causa finali.

Questio prima an finis sit vera causa realis. quatuorplex sit finis exponitur.

§. 1.

Finis ex communi definitione est id cuius gratia aliquid fit. Sive propter quem asequendum est opera fieri, alius autem dicitur finis cuius gratia et alius fitis cui. Sicut cuius gratia est bonum illud, cuius intenditur asequitur. finis

cui est subjectus cui bonum concupitur. Dicitur sanitas intenta est finis, cuius gratia, subjectus autem cui sanitas desideratur nuncupatur finis eius.

Admendivisio hęc non est in duplici fine modo de quatuor: hic enim conflari debet ex sanitate intenta et persona quę intenditur; quia nec sola persona amata nec sanitas sęsumpta movent ad agnenda que sanitatem concedunt, bene tamen persona ut sananda in generalitę relucet. Rursus dicitur finis in formalem et obiectivę, sive in finem quo est finem qui ille dicitur a sequuto boni: hic autem bonum ipsum a sequuto. Visio ę vera quam asequimur. Deum finis formalis nuncupatur, Deus autem finis obiectivus.

Deniq; dividitur finis in ultimum et non ultimum. Ultimus dicitur quę ad nullum aliud ordinatur non ultimus autem sive intermedius ille est, qui licet aliquam habet bonitatem propter se appetibilę ad ut sub alia consideratione alteri subordinatur, quia propter solus Deus divi vales finis ultimus; quilibet autem aliter non ultimus sive intermedius.

## f. ASSERTIO PROSTRAS.

Finis est vera causa realis & suadetur: finis vere et realiter causat, non enim fingitur quod moveat voluntatem ad illius asequutionem: ergo est vera causa realis. Secundo: a fine proficit effectus realis: ę. pater ante cadens; ab oro siquidem, absenti provenit desiderię et a presenti gaudij: gradium autem, et desiderij sunt effectus reales. Tertio: necdum dependet effectus a principio ex quo fit, sed utrius ab eo propter quem fit: sed propter primę causa efficiens est realis: ergo etiam causa finalis propter secundę.

Obiectes primo: causa non existens non est vera causa realis: sed finis non existit dum causat, causat enim atque operatur. ę. Distingo maiorem: causa non existens phisice, nec intentionaliter contenta: phisice ę precise, nego maiorem: quia cum finis non causet nisi intentionaliter movendo scilicet voluntatem sufficit quod existat in apprehensione sive quod eius bonitas sit apprehensa.

Replicabis: quod existit per rationem totaliter solum existit per rationem sed quod vixit per rationem existit non causat realiter. ę. Concedo maiorem nego minorem: quia licet existentia sit per rationem: illud tamen quod si existit est quod. admodum quod rei possibilis a nobis apprehensa realis est, tamen si per rationem, et pure objective sit existens.

Insuper: noni accessus ut pote movens voluntatem est causa finalis: et tamen nullam habet realem bonitatem, quę realiter inflectat in effectum. ę.

**D**icuntur autem non morose voluntatem prout dicit naturam cui idem  
 effectum cum natura moris: sed prout realiter naturam aliam p[ro]p[ri]e identi-  
 ficat.

**Obiecti 1.** finis non est principij: sed causa realis est principij ut constat  
 ex eius definitione: q[ui]d. **Dicuntur finem** in intentione et proprio suo effectu, et  
 sic esse principij t[er]m[in]i illius, licet aliunde respectu causę efficientis dicatur finis =  
**Obiecti 3.** causalitas finis est metaphysica: ergo finis non est vera causa. **Dicuntur**  
 causalitatem finis quia intentionalis communiter dicit metaphysicam compara-  
 tione ad causalitatem physicam, in se tamen est proprie realis, ut fessius constabit  
 ex dicendis.

**Questio 2.** quemam sit ratio formalis fina-  
 lizandi in actu: mittun-  
 tur aliqua, et referuntur sententię

**S1.**

**C**ausam finalem habere rationem boni inde constat quod nemo intendit in malo  
 operari. Quia propter licet plerumque videantur malum appetere ipsam tamen  
 appetunt sub ratione boni. Quia q[ui]d. mortem obnitentem trinitiam exoptant, il-  
 lam ut finem trinitę appetit consequenterq[ue] sub ratione boni. Itaq[ue] dif-  
 ficilis est an quod finem constituit in ratione causę sit bonitas apprehensa,  
 vel apprehensio bonitatis.

Prima sententię propugnat apprehensionem, sive cog-  
 nitionem boni esse rationem formalem finalizandi in actu primo, ita Abizena,  
 Sotocinas, Capreolus, Medina, et alij. Secunda affirmat rationem forma-  
 lem finalizandi esse bonitatem finis; apprehensionem vero p[ro]p[ri]am conditionem  
 et applicationem causę finalis.

**Assertio unica S2.**

**R**atio formalis constituens finem in actu primo non est apprehensio bonitatis, sed  
 bonitas apprehensa. Suadetur ratione: illud constituit finem in ratione causę  
 quod voluntatem allicit ad sui apprehensionem: sed non allicet voluntatem app[re]h[en]-  
 sio bonitatis, sed bonitas apprehensa: q[ui]d. p[ro]p[ri]o minore: illud allicit voluntatem  
 ad sui apprehensionem, quod voluntatem allicit ad apprehensionem: sed voluntas non  
 intendit apprehensionem apprehensionis, sed bonitatis apprehensio: q[ui]d.

**Confirmatur:**

id constituit finem in ratione causę, quod ipsum constituit appetibilem: sed fi-

nil non constituitur appetibili per apprehensionem boni actus, sed per bonitatem apprehensam: q. p. pro minoram: per illud constituitur finis in ratione appetibili, cuius possessione satiatur appetitus: sed non satiatur possessione apprehensionis sed bonitatis apprehensae: q.

Dices: bonitatem aliter, et movere voluntatem ut quod; apprehensionem vero esse rationem sub qua quia licet voluntas appetat bonum, illud tamen appetit ut apprehensum. Sed ad hoc praestet ratio suprafacta, voluntas enim non intendit apprehensionem boni nisi ut illi convenientis: sed non ut apprehensum, sed ut bonum est illi convenientis; quae enim dicit quod sanitas est convenientis infirmo ut apprehensa, et non ut bona: q.

Secundo: voluntas fertur in bonum sub ratione boni: ergo ratio boni est ratio sub qua motiva voluntatis, proo antecedens: voluntas fertur in bonum ut eius faceret appetitum: sed satiatur sub ratione boni, nisi dicatur autem quod q. satiatur ut apprehensum, et non ut bonum et utile: q. De his illa est ratio formalis sub qua finalizandi, cuius gratia agens operatur: sed dicitur, q. non laborant nec operantur gratia apprehensionis autem, sed bonitatis et convenientiae, quam illis a se ut possunt: q.

Dices: rationibus suprafactis ut sic proo bonitatem et talem esse principium radicale finalizandi, non vero proximum et formale: nam q. quod apprehensio boni sit proxima et formalis ratio finalizandi. Sed contra non ratio proxima finalizandi et movendi appetitum debet esse in linea appetibili: sed bonum ut tale est in linea appetibili, non autem ut apprehensum: sic enim atinet ad lineam intelligibilem: q.

Pater impugnatio est  
Dico prima parte questione octava articulo primo sic aiente: id quod  
» apprehenditur et appetitur est idem subjecto, differunt tamen ratione: apprehendi v  
» tria enim ut sensibile et intelligibile, appetitur vero ut est convenienti aut bono: »  
» diversitas autem rationis in objectis requiritur ad diversitatem potentiarum: »  
» non autem materialis diversitas. Dices: in rationem proo bonitatem: sanitas  
» q. movet voluntatem ut convenienti et utili infirmo: sed non est utilis et convenienti  
» nisi quod est physicum sive ut physice existens: ergo vel movet ut physice existens  
» quod non dicimus vel nulla est ratio proo bonitatem. Distinguo maiorem ut convenienti  
» et utili convenienti et utili a se separabili concedo: ad sequentem nego maiorem,  
» et distinctam minorem nego consequentiam.

Infirmus ergo fertur desiderio in san-  
tatem quod est physicum, non quidem possessum et assequutum, sed assequibile  
bonum si qui deum assequitur non movet desiderio, sed complacentiam et gaudium,  
proo ut sic in sanitatem tendat infirmus non requiritur quod illa physice existat,

sed quod illi ut aere gubili reppresentetur ex hoc enim appetit sanitatem multo convenientem, non quidem convenientia assequuta, sed medijs congruantibus assequibile.

### Solvuntur contraria s3.

Arguit primo ex Anglico doctore prima parte questionis octava articulo secundo ad primum:

- 1) appetibile non accidit esse aprehensionem, et sensum per intellectus; sed per se et communiter. »
- 2) nam appetibile non movet appetitum nisi in quantum est aprehensum. Unde de se- »
- 3) tantis aprehensio sicut per se differentis appetibilis. Unde potentis appetitum dis- »
- 4) tractantur secundu[m] differentiam aprehensionis secundu[m] propria objecta. »

Dicendum dicitur Thomam unice sentiri aprehensionem boni esse conditionem per se et non per accidens requisitam ut bonum aprehensionem moveat appetitum si- mul et ut diversa bona diversi fiant potentias appetitivas: consonat et oppositio hec illius menti questione vigesima secunda de veritate articulo quarto in solutio- ne ad primum ubi asserit quod voluntas ab appetitu sensibili non distinguitur di- recte per hoc quod est sequi bonum vel illam aprehensionem sed quasi ex conrequen- ti.

Item questione vigesima quinta de veritate articulo primo ad sextum ubi dicitur ait quod diversitas aprehensionum per accidens se habet ad appetitum: vixet distinguendas, nisi diversitas aprehensionis diversitas aprehensionem convergen- tar. Patet q. quod diversitas boni aprehensi de formale re habet ad potentiam ap- petitivam diversificandas, tamet si ob contrarietatem aprehensionis cum bono aprehensio similis diversitas indirecte ex aprehensionis diversitate inferatur.

Arguit secundo:

illa est ratio formalis finalizandi et movendi voluntatem per quos actus voluntatis specificantur et distinguuntur: sed hoc habent per aprehensionem boni, et non per tu- rum aprehensionem: q. proxima minorem: idemmet bonum aprehensionem ut patens cau- sar gaudij, et ut absens desiderium: sed actus isti specifico distinguuntur: ergo hoc habent per diversitatem aprehensionem, secus autem per bonum aprehensionem, quod id est est quantitate diversimode apprehendatur: q.

Concessa maiori, nego minorem, ad

propositionem distinguo maiorem: idemmet sub diverso respectu concedo: sub eodem nego maiorem, et minorem concessa, nego consequentiam: quia objectum voluntati non est bonum absolute, et veluti materialiter acceptum, sed sumptum respectu et forma- liter, prout scilicet diversimode convenit appetenti: cum autem idemmet bonum diversimode conveniat ut abiens a se ut present diversitas actuum ab uno determinat tanquam a ratione formali diversimode moventi ab aprehensione vero tanquam a proponente et applicante.

Replicabis: quod bonum si abens vel presens habet ab apprehensione: sed specificat  
et abens aut presens: ergo apprehensio est ratio specificandi = Distinguo maio-  
rem: habet applicative, concedo, formaliter, nego maiorem: quia licet apphen-  
sio representet bonum ut presens vel quatenus cognoscit ipsam presentiam quam ha-  
bet, vel quatenus illi falso applicat quam non habet, ipsa tamen presentia forma-  
liter retinet ex parte boni, applicative autem ex parte apprehensionis.

Replicabis  
secundo: idem bonum quod specificat voluntatem Angeli, specificat etiam volun-  
tatem hominis: ergo diversitas utriusque voluntatis derivari debet a diversitate apphen-  
sione qua bonum proponitur et representatur = Rursus: appetitus rationalis,  
extensivus distinguitur, quatenus ille, ut potest immaterialis, ab objecto immate-  
riali, hic autem materialis specificatur: sed quod objectum sit immaterialis ha-  
bet ab apprehensione illud abstrahente a materia: q.

Ad primum distingo ma-  
iorem: idem materialiter, concedo: formaliter nego antecedens: quia voluntas  
Angeli perfectius attingit bonum quam voluntas hominis: ad hoc autem sufficit  
quod Angelica cognitio applicet ipsum bonum sub esse perfectionis ac applicet  
voluntati hominis = Ad secundum dic appetitum rationalem specificari ab im-  
materialitate objecti radicaliter sumpta, quod est ipsa ratio boni, que abstrahi-  
tur, non vero ab immaterialitate formaliter accepta pro statu scilicet, quem  
habet objectum in intellectu ipsum ut universale concipiente.

Arguetur 3. illa est  
ratio formalis finalis et per quam objectum constituitur appetibile: sed ita consti-  
tuitur per apprehensionem: q. probatur minor: dum malum apprehenditur ut bo-  
num appetibile constituitur: sed hoc habet per apprehensionem: q. distingo  
maiores: per quam constituitur appetibile formaliter concedo: applicative  
nego maiorem. Apprehensio autem solum habet falso applicare bonitatem objecti  
illam non habentis: hoc vero non constituitur appetibile per applicationem bo-  
nitati, sed per ipsam bonitatem applicatam tanquam per rationem formalem.

Arguetur quarto apprehensio non est mera conditio ad finalizandum: ergo est ratio for-  
malis: probatur antecedens: quia conditio supponit causam in actu primo constitutam:  
sed apprehensio non supponit finem in actu primo, cum bonum non habeat virtutem  
movendi nisi ut apprehensum: q. = Nego antecedens, ad probationem distingo ma-  
iorem: per conditionem spectantem ad actum recedendum, concedo: ad primum, nego maio-  
rem et concedo minori nego consequentiam.

Apprehensio ergo bonitatis, sive fi-  
nis necdum requiritur ut finis causet, sed etiam ut possit causare, ideo q. est conditio,

sive requisitus retinens ex parte actus primi sicut existentia ex respectu causae effici-  
entis, conditiones autem se habentes ex parte actus primi non supponunt, sed con-  
comitantur causam in actu primo. Aductamen dicere poterit apprehensionem sup-  
ponere finem constitutum in actu primo causandi quatenus illi nullam conferat virtu-  
tem ut causet, non vero quia ipsam precedat apprehensionem.

¶ *Arguetur. S. causatur*  
talis est prior suo effectu, sed finis solum est prior in apprehensione ergo solum in a-  
pprehensione est causa: ergo apprehensio est ratio formalis causandi. — Nego aut-  
tamen consequentiam: non prioritas ad causandum requisita in eo stat quod  
causa habeat virtutem, a qua effectus dependeat: finis autem non accipit ab a-  
pprehensione similem virtutem: et si illam non habeat nisi in apprehensione, sicut  
causa efficiens non mutuatur virtutem ab existentia licet illam non habeat quae  
esset.

¶ *Arguetur denique* actus odij respicit malum sub ratione mali, et tamen est ac-  
tus voluntatis: ergo non omnis actus voluntatis fertur ab uno tanquam a causa  
finali: igitur falso asseritur causam finalem esse bonum sub ratione boni. — Dis-  
tinguo maiorem: respicit malum propter bonum, concedo: propter ipsum malum,  
nego maiorem, et concedo minorem, nego consequentiam. In tantum enim odij sui  
odio habet malum in quantum bonum. Ita propter ipsi odium respiciat malum  
veluti immediatum objectum motivum tamen semper est bonum.

¶ *Replicabitur: Demo-*  
ner appetitur peccatum ut est iniuria Dei: sed pro ut sic est malum: ergo appet-  
itur malum sub ratione mali: hoc ergo movet illum voluntatem. — Dic De-  
moner non appetere peccatum pro ut peccare est iniuria Dei, sed quatenus illi  
iniuria revellat vindictam quaedam quatenus bonam intendunt: Deum enim  
tanquam inimicum habent.

Ex dictis colliges apprehensionem esse peram con-  
ditionem, sive applicationem causae finalis ad causandam ex quo nequeat causa  
re nisi ut apprehensa, Vixus colliges ipsam apprehensionem etiam movere voluntatem  
pro ut imponat propriam rationem boni, sicut autem quatenus respiciatur est  
bonitatis.

Quaestio tertia quoniam sit causalitas finis.  
Duplex opinio apponitur, et rejicitur si  
Triplex in hac re circumfertur principalis opinio prima asserit causalitatem

finis esse quoddam esse intentionale voluntati impressum a fine quo illa allicitur et  
inclinatur in bonum. Quamvis opinio hęc ex hoc non potest probari non potest ex quo  
nulla sit causa efficiens predicti esse intentionalis: illud enim requiritur voluntate ef-  
fici ut pote eius actum precedens, rursus nec fieri valet ab apprehensione se habentē  
tamquam pura conditio ad finalizandū: nec ab ipso fine: nisi causa finalis confunda-  
tur cum efficiēti: ergo nulla est causa efficiens talis esse intentionalis.

Secunda  
opinio eaq̄ celebres a iud. recentiores Thomistas asserit ipsum actum voluntati pro-  
ut a voluntate esse huius causalitatem, et propterea a fine causalitatem esse causę fina-  
li = Sed et modus istius opinandi ita efficaciter recitatur: actus voluntatis est effec-  
tus finis: ergo non est eius causalitas. probo antecedens: voluntas elicit predictum  
actum ut mota a fine: ergo est effectus finis.

Deinde omnis actio humana est propter  
finem (ita Divus Thomas prima secundę questione prima articulo primo incor-  
pore: ) sed actus voluntatis est actio humana: ergo est propter finem: ergo a fi-  
ne dependet: ergo est eius effectus = Denique voluntas operatur ut mota et excita-  
ta a fine: ergo causalitas finis intelligitur proprii ad operationem voluntatis:  
sed actus voluntatis non intelligitur proprii ad operationem, immo est ipsa  
operatio voluntatis: q̄.

### Tertia opinio panditur et defensatur. s. 2.

Causalitas finis consistit in quadam motione qua finis excitat et movet volunta-  
tem. Sicut dicitur: illa dicitur causalitas finis qua ille cuius effectum producit:  
sed producit media excitatione et motione voluntatis: q̄. probo minorem: actus  
voluntatis est effectus finis: sed finis producit actum voluntatis per motionem et  
excitationem: cum voluntas agat ut mota a fine, vel quia a fine movetur: q̄.

Confirmatur: voluntas movetur, et excitatur a fine: sed talis motio est finis causa-  
lis: q̄. maior est innegabilis: nemo siquidem inficiatur voluntatem moveri a  
fine intelligit actum amari. probo minorem: predicta motio et excitatio est actus  
secundus causę finalis: cum per illam transeat bonum de posse excitare et movere  
ad movendum, et excitandū: sed actus secundus causę finalis est eius causalitas: ergo =  
Explicatio bonitas attractionis et motiva est finis ut potens causare ergo bonitas ut mo-  
vens et attractans est finis ut causans: ergo attractio et motio est eius causalitas.

Dicitur: predictam motionem nihil aliud esse preter ostensionem et applicationem boni-  
tatis: hęc autem non est finis causalitas, sed applicatio ad causandū. Contra: quicquid  
dicitur motio et explicatio supponit applicationem, et ostensionem bonitatis. probo

emio est quod bonum ostendat voluntati quodammodo illam moveat et excitet. De  
inde: quia multoties bonum ostenditur voluntati autem ab inordinata voluntate et in  
ordinationem in contrarium immota manet et inexcitata.

Dicitur: causa finalis  
est omnium prior: ergo quilibet effectus prior est a causa finali: sed actus vo-  
luntatis est effectus finis: ergo prior est a fine quam a voluntate: subinde qui  
provenit a fine valet esse huius causalitas. — Non caso antecessenti, nego consequentis  
et distinguo subsumptum: est effectus mediatum, concedo: immediatum nego sub-  
sumptum et consequentiam. Et enim cum actus voluntatis proveniat ab illa ut mo-  
ta a fine rationem quod sit effectus mediatum causae finalis, descendens qui-  
dem a fine media voluntate: hoc autem sufficit ut actus voluntatis non sit  
prior a fine quam a voluntate.

Repliebris: ex hac resolutione unica sequitur quod  
actus voluntatis pro ut in executione non sit prior a fine quam a voluntate: non ta-  
men pro ut in intentione: ergo saltem ut intentus valet esse causalitas finis.  
Dicendum tamen actum voluntatis pro ut in intentione solum intelligi quodam  
effectus possibilis, et in executione ponendus per voluntatem ut motum a fine:  
hoc autem insufficient est ut sit causalitas finis, quia huius causalitatem ex  
effectu confendat.

### Reffertur argumenta 5.3.

Arguitur primo ex Divo thoma questione vigesima secunda de veritate actus  
loquendo in corpore: sicut influere cause efficientis et regere ita influere  
cause finalis et appetit et desiderari. Sed appetit et desiderari est actus  
voluntatis: ergo influere cause finalis est actus voluntatis: influere autem  
eius causalitas. — Dicendum cum Tractatu Diai causalitatem finis esse  
appetit et desiderari in aliter, et in intentione quatenus cum voluntas excita-  
tura bono in intentione illius desiderium aut gaudium. hoc autem in tena intel-  
ligendus est Angelicus Doctor.

Arguitur. illa est finis causalitas qua redu-  
citur finis de actu primo ad secundum: sed hoc habet per actum voluntatis, quo finis  
appetit et amatur: quod provenit minorem: finis continetur in actu primo per  
enamabilem et appetibilem: desed de esse amabili et appetibili: reducitur  
ad actum secundum per actum quo appetit et amatur: quod. — Concedo ama-  
tori, nego minorem. ad probationem distinguo maiorem: per esse amabile et ap-  
petibile in intrinsece concedo: ex intrinsece nego maiorem, et distinguo minorem:  
de esse amabili et appetibili ex intrinsece concedo: intrinsece nego minorem et  
consequentiam.

Maximamente occurrat duplex et appetibilis distinguenda: alia intrinseca, quae est ipsum bonum ut potest movere voluntatem in quo ita finis in actu primo: alia extrinseca consistens in pariter capacitate ut bonum ipsum denotet amorem, sive appetitum, appetibilibus quae intrinseca reducitur ad actum secundum per actualem motionem et excitationem tanquam per propriam finis causalitatem: extrinseca vero per actum quod bonum amatur et appetitur, quae quidem causalitas est voluntatis, effectus autem causae finalis.

Arguitur. 3. causalitas finis est quae finis trahit ad se voluntatem: sed illam trahit per amorem: quod probat maiorem: voluntas fertur ad finem per amorem: sed trahitur per quod fertur: quod. = Distingo maiorem: trahit ad se in genere causae finalis, concedo: efficientis nego maiorem, et distingo minorem: trahit in genere causae finalis nego minorem: in genere causae efficientis nego suppositum ad preparationem distingo maiorem: fertur in genere causae efficientis, concedo: finalis, nego maiorem et concedo minorem in sensu distincti non in nego consequentiam.

Igitur ut voluntas moveatur a fine minime requiritur quod eliciat actum amoris hic enim profleat ab illa tanquam a causa efficienti, sed sat est quod per bonum ipsum, veluti simplicitate moveatur, provoceturque ad propriam eliciendam causalitatem; amorem scilicet; aliter confunderetur causalitas causae finalis cum causalitate efficientis, et esset effectus finis cum eius causalitate.

Replicabitur: sicut intellectus trahitur ad se ita voluntas fertur a rebus: sed intellectus trahitur ad se per intellectionem: ergo voluntas fertur a rebus per amorem. = secundo voluntas mota, et excitata a fine est inclinata ad illum: sed non est inclinata nisi per actum amoris: quod probatur minor: neque enim intelligi inclinata nisi per actum ab ipsa elicitum: haec autem est actus amoris: quod.

Ad primum alii concedis, distingo consequens: fertur a rebus per amorem, in genere causae efficientis, concedo: finalis, nego consequentiam. Licet ergo voluntas fertur a rebus per actum ab illa profluentem in quo assimilatur intellectui trahenti res ad se: at tamen in genere causae finalis fertur a rebus quatenus per illarum voluntatem movetur, et excitatur ad amorem, motionem quidem et excitationem per dictum actum per se.

Ad secundum concedo maiorem, nego minorem: quia inclinatio voluntatis sicut est illius motio, sive excitatio in hoc uno consistit quod bonitate propensa voluntas ob simplicitatem cum bono veluti provocatur, et inhibetur ad illum.

prosequendam: illa tamen non prosequatur nisi per actum similem proba-  
tionem et invitationem subsequentem.

**Instabit:** ne quis voluntas moteri a fi-  
ne, quin finis aliquid addat voluntati: sed motio illa sive excitatio nihil ad-  
dit voluntati: q. probat minorem: praedicta siquidem motio nec in voluntate  
ponit actum amoris, nec illi imprimi aliquid esse, videlicet subtrahere primam  
opinionem: q. = Nego motum, quia ut voluntas excitetur a bono, sufficit sim-  
patia, et naturalis ad illud propensio, nec eget aliqua qualitate ab illo pro-  
fluente. ad modum quo dum aliquis poculo vini imbutum manet quidem  
prolocutus, et excitatur ad bibendum, quin imbutus aliquam imprimat  
qualitatem imbuto.

**Inruget:** finis creatus aliter movet ac in creatus: sed  
hic movet per causalitatem indistinctam: ergo ille per distinctam. Hunc sic:  
sed motio et excitatio non distinguitur a fine creato, bene tamen actus amoris:  
ergo. = Secundo: causa identificans suam causalitatem evadit infinita:  
ergo finis nequit identificare suam causalitatem, sed identificat motum  
et excitationem: q.

¶ **Ad primum concisus propositus, nego consequentiam:** in eo  
siquidem stat finitudo q. diversitas, quod in creatis necessario reperit sicut ap-  
petitum, creatus autem nec illum sariat, nec necessitat. = Ad secundum dic fi-  
nem habere esse imperfectum ut pot. tantum existens in intentione: ideo  
que cum identificat causalitatem infinitam, non importat perfectionem.  
patet in materia identificante causalitatem, quin infinita evadat ob eius  
imperfectiorem.

¶ **Ex dictis colliges omnes actus voluntatis a fine provenire:** nul-  
lum quippe designabis qui a voluntate non proveniat ut a fine mota et exci-  
tata, atamen ut dignoscatis sciem qua praedicti actus ab ipsa voluntate  
profluunt.

¶ **Aliqui de sensu argumento quidem principali:** repugnat causa  
liber alicuius causae absq. eo quod existat eius effectus: sed datur ~~et~~ excita-  
tio causae finalis, quin eius effectus existat: q. probat minorem: posita simili  
motione, et excitatione potest voluntas non elicere actum amoris, alias non  
esset libera in amando: sed actus amoris est effectus causae finalis moventis, et  
excitantis: q.

¶ **Ad argumentum de effectum immediatum finis excitantis, et mo-  
ventis esse quendam actum inefficacem voluntatis, qui solet velleitas nuncupari:**  
hic autem necessario requiritur ad praedictam motionem, et excitationem. Nec  
obest quod multoties finis proponatur, quin voluntas praedictam velleitatem

elliciat. hoc enim eo provenit quod finis tunc non exerceat eius causalitatem obindi-  
positionem voluntatis nimis ad illud objectum inclinatum.

Itaque effectus immedia-  
te a fine productus et cum eius causalitate necessario coheret et velle illa, si  
vultus inefficax: mediate autem subsequitur simplex complacencia boni, intentio  
amalgamandi, electio mediocrium, illorum exequutio, denique finis intenti posterior et  
consequens.

## Caput ultimum de causis per accidens. Paragrafus primus de Fato.

Scitum esse inevitabilem causam rebus creatis necessitatem inducentem an-  
tiqui propugnabant philosophi asserentes ad ea res omnes esse fato subjectas: ut e  
medio tollerent humanam libertatem. Hoc tamen haereticum vanum figmentum  
omnes recentiores rejiciunt: nemo siquidem non exprobat se prohibito & lexima  
operari alioquin & operationem suspendere. hoc & rejecta cogitatione sic fatum  
solum est & primo Thomae definitio: ordinatio causarum secundarum ad effectus a Deo pre-  
not.

Porro ordinatio haec bifariam patitur considerationem: primo etenim ac-  
cipitur pro rerum ordinatione activa existens in mente Dei quod in sensu dicitur  
providentia: secundo pro rei simili ordinatione est in ipsis causis a Deo ordinatis sic au-  
tem dicitur fatum. Notandum tamen quod licet causae mirabiles sint in se effectus  
contingentes producant pro ut tamen ordinati illi Divinae Providentiae subeuntur  
immobiles sunt et nullatenus contingentes: quippe de decretum, et ordinatio Divina  
est inde quaerenda inflexibilis.

Dices: ordinatio causarum non est causa: sed fa-  
tum est causa: ergo non stat in praedicta ordinatione. Dic ordinationem cau-  
salem con exitive sumptam pro ipsis nempe causis ordinatis esse fatum. Hoc dicitur  
textus Divi Augustini fatum appellans asserentem dicitur fatum; loquitur e-  
nim de fato pro ut ab antiquis accepto.

## Paragrafus secundus de Fortuna.

Primum mentitur de fortuna poetas, illis tamen omitti, ita apud philosophos  
definitur: causa efficiens per accidens in his quae raro contingunt ex electione. ca-  
usa ergo quae aliquem effectum ex electione et intentione producat, aliud est  
inordinatum efficiens fortuna nuncupatur; in inventis rebus dicitur effectus fortunae.

huius respectu tunc dicitur: tunc autem dicitur cooperari nuncupatur fortuna,  
 vulgus autem effectum fortens fortuna nuncupare consuevit. Paragraphus 3<sup>us</sup>

## Parapragus tertius de Casu.

Casus parum dicitur a fortuna, definitur autem: causa efficiens per accidens in  
hiis quae raro contingunt sine electione. Raro ergo in irrationalibus sine electione  
 quidem operantibus dicitur casus, in rationalibus nuncupatur fortuna. Ex dic-  
 tis autem de infelix; proximum nullam precedere in causa cognitionem respectu ef-  
 fectus casualis, aut fortis. hinc ostendit illud philosophi: ubi magis de for-  
 tuna, ibi minus de intellectu, merito ergo simpliciter aut ignari fortunati dicitur.  
 Rursum infelix Deum nihil fortuito, aut causa operari vel posse omnino expectare

## Liber Tertius Physicorum.

Causarum, simulque principiorum naturalium expositione per soluta de illius  
 affectionibus Aristotelicum methodum in sequentes subet nunc pertractam. Motus  
 spiritus quia precipue naturalis affectio primus ubi vendicat locum; secun-  
 dum vero actus et passio, sive indistincte, sive a motu inseparabiles. tertium  
 denique operans de infinito: ex quo motus sit de numero quantitatis in quibus  
 definitione etiam infinity cadit.

### Caput I. de motu, actione, et passione

Questio prima, quenam sit definitio motus;

Quenamque eius definitio prior pars exponitur.

S. I.

Non nulli existentiam motus negaverunt: contraque tamen veluti ex experientia  
 fixis ceteris omnes amplectuntur: ex quo plerumque corpora motu videntur  
 subiecta, peculiariterque motum ad oculum peragant: in his igitur motus  
 existentia, sic definitur ex philosopho: actus in potentia prout in po-  
tentia. per actum convenit cum forma, aqua per cetera dicitur: motus  
 enim ita subiecti perficitur, ut illud relinquat in potentia ad terminum per  
 motum ad quendam: forma autem est terminus per motum ad quendam.

ut definitio caleat lapis et decidatur ex se, hic enim prout quia movetur

est in potentia ad motum, simulq; ad huius terminum. Motus igitur lapidis esse actus  
entis, quod exest in potentia ad ipsum. Ceterum quia motus est fluxus et tendentia  
ad aliquam terminum, si lapidem actuat, ut ipsum relinquat in potentia ad alium  
terminum asequendum. Si in habet motum esse actum entis, qui taliter ipsum actuat  
ut ad alium relinquat in potentia.

Dices primo: calor usque quatuor actuat subjectum  
quatuor ipsum relinquit in potentia ad calorem usque quing; ergo est actus entis  
in potentia prout in potentia: calori igitur convenit motus definitio. Dic sub-  
iectum in potentia relinquitur quatenus omnia imperfecta ad perfectum ordina-  
ta, secus autem per modum fluxus fieri extendit usque ad terminum. Porro actus  
subjecti tamquam via fieri, et tendentia specifica est motus natura. Et  
hoc sensu accipi debet eius definitio.

Dices 2<sup>o</sup>: corruptio forme, remissio quali-  
tatis, et quantitati imminutio sunt veri motus et tamen eis non convenit defini-  
tio apponitur: ergo est diminuta. Dico predictas mutationes non esse motus  
proprie et positive, sed privative duntaxat: quippe subjectum positive non  
actuatur, sed actu privatur: subindeque relinquitur per particulam illam ac-  
tus entis in potentia. Nec facit quod a philosopho ad explicandum motum  
tamquam ex exempla adducantur, in exemplis enim non spectatur veri-  
tas, sed similitudo.

## Posterior pars disputationis desolvitur.

Pro resolutionis claritate naturam motum primo dividi in successivum  
et instantaneum. Successivus dicitur qui non perficitur in instanti, sed  
instantaneus vero qui unico instanti perficitur. Hic autem sub dividitur  
in materiale et spirituale, ille est qui a materia quo ad esse depen-  
det, ut generatio naturalis. Spirituales autem vel tantum a materia  
dependet quo ad modum, sive stationem intellectus humana in statu immensio-  
nis in materia, vel nullo modo dependet a materia ut sollicitio sive intellec-  
tio Angelica.

Dispositio nulli divisioni est motum successivum esse predictae defi-  
nitionis definitio. aliquantulum tamen propugnatur an conveniat motus  
instantaneus, simulq; intentionalis. assero autem motum intentionalem non con-  
venire (talis est actus intelligendi, volendi, erigendi, ceteri enim dicuntur  
motus naturales ut generatio, augmentio &c.). Suadetur assertio: nam sub-  
jectionem motus imperfecte per motum perfectum autem actuatur per terminum;  
sed per motum intentionalem, et non per terminum perfecte actuatur illius sub-  
jecti: intellectus enim ad quatuor perficitur per intelligere, et volentem per amare.

Ad 2<sup>o</sup> d<sup>o</sup> definitionem motus propria convenire mutatione instantaneaque  
 tuzali: generatio enim substantialis sic actuali subiecty ut in potentia ad ul  
 teriore actum relinquit: sed est motus instantaneus: q<sup>o</sup> malox patet: ete  
 nim generatio substantialis materiam actuali per modum fixae formae ex  
 gollam relinquit in potentia ad formam.

Dices primo in primam assertionem:  
 intellectus est productiva verbi: ergo est actuali relinquit intellectus in potentia ad  
 actum ulteriozem sed in hoc erat ratio motus: q<sup>o</sup> Dic supposita distinctione  
 intellectus a verbo menti, hoc non esse actum intellectus actus intelligentis  
 sed spiritus objecti passivus intellectus: propterea q<sup>o</sup> requirit intellectus relinquit  
 intellectus in potentia ad ulteriozem actionem.

Dices 2<sup>o</sup> in secundam assertio  
 nem: in instanti generationis est forma in materia: ergo generatio non relin  
 quit materiam in potentia ad illam: ergo ei non convenit ratio motus.  
 Concedo antecedenti: distingo consequens: in potentia phisica, concedo: in ma  
 phisica, nego primam, at secundam consequentem: quia licet forma sit in inst  
 ni generationis in materia: huc tamen sine forma intelligitur pro aliqua  
 parte naturae, quod sufficit ut sit in potentia in materia ad illam.

Questio 2<sup>a</sup>. an actio, et passio realiter inter se  
 utraq<sup>ue</sup> autem motu distinguatur.

Declaratur titulus, et referuntur sententiae. si.

Loquimur de actione transeunte, quae nunquam est sine motu, et passione,  
 nata callectio nunquam est sine fluxu et tendentia ad calorem, in quo  
 motus natura relucet, nec actio est absq<sup>ue</sup> ligni, aliterisve permutatione con  
 turbabilis in quo stat conceptus passionis. Inquit igitur: an entitas illa,  
 quae ignem ad agendum determinat a motu, et passione nuper explicatis rea  
 liter distinguatur.

Septemplex in hac re circumfertur opinio. prima dis  
 tinctionem formalis ex natura rei adstare conatur inter actionem, mo  
 tum et passionem. sic Complutenses. Sexta, nonnulli ex executione re  
 bus Romani, qui alibi per diversa distinctio dupliciter. Secunda distinc  
 tionem modalem. Tertia entitativam. Quarta actionem, et passionem indi  
 cam non distinguit, utramq<sup>ue</sup> tamen esse a motu distincte tractat. Quinta censet  
 utramq<sup>ue</sup> cum motu identificari invicemq<sup>ue</sup> distingui: huc tamen exosa est  
 nobis q<sup>o</sup> proxius imperceptibilis, postrema denique nullam realem distinc

tionem inter actionem, motum et passionem distinguat; tenet autem per actionem distinguat.

### Assertio Nostra. 52.

**I**nter actionem, motum et passionem nulla intercedit distinctio realis: eadem que proprie dicitur calfactionis, sive combustionis actio est prout ex patet ab igne; passio autem quatenus recipitur in combustibili illud est physice immutatio; motus vero sequendum quod est fluxus et tendentia ad terminum productum: nulla ergo adest necessitas ut tria relata sint triplex realis entitas.

**Confixio:** passio ab actione distincta vel foret terminus per illam productum, vel fieri et influxus in terminum productum: neutrum dici valeret; ergo ab actione non distinguitur. Itaque pars minoris suadetur; prima quidem, quia passio est id quod terminus est in passio: ergo non est terminus actionis. Secunda vero, quia unus terminus requirit habere duplex fieri nec duplicem influxum: hoc autem accideret semel ac passio ab actione distincta foret fieri et influxus in terminum: q.

### Solvuntur argumenta. 53.

**A**rguitur primo: actio, motus et passio pertinent ad diversa predicamenta; motus enim spectat ad predicamentum sui termini; actio autem et passio speciale predicamentum constituent: sed eadem entitas ad diversa predicamenta non spectat: q. minor probatur: quia ad diversa pertinent predicamenta genere differunt, cum predicamenta sint suprema genera: sed que genere differunt non sunt eadem entitas: q. probat minorem: quia que genere differunt necesse est que etiam specie, et numero differant: ergo.

**A**rgumentum hoc solutum in superioribus manet; ceterum quia terminus ex gentioribus illud proponere placuit, concedo maiorem, nego minorem. Ad probationem distinguo maiorem: differunt genere formaliter et modo. Saphirice concedo physice, et realiter nego, et distincta minoris, nego consequentiam, ad probationem dei ex distinctione generica non colligitur numericam, et entitativam dummodo illa sit penes nostros conceptus. Alias ex distinctione specifica animalis a rationali numericam distinctionem colligere liceret.

**R**epliebis: plus distinctionis important que genere quam illa que numerice differunt: sed que differunt numerice realiter distinguuntur: q. Distinguo maiorem: plus distinctionis sumptis pro distinctitudine, concedo: sumptis pro eadem identitate nego: quia distinctio generica sicut et specifica stat

In diversitate et formali dissimilitudine, non vero in materiali, et entitativa dis-  
tinctione: cum non sit idem rem generice aut specificè sumere a contrahente  
materialiter accipere

Quæritur? actio, et passio fundant distinctas relationes,  
illa scilicet relationem patenteritatis; hæc autem filiationis: ergo realiter dis-  
timpentur. Hæc consequntur: quia et ut eadem entitas distinctas fundet rel-  
lationes sufficit per se diversitas formalitatis diversa connotata respicere. patet  
in albedine fundante relationem similitudinis, et dissimilitudinis prout diver-  
sum respicit connotat. propter quam quod actio et passio unice fundant tam quæ  
connotatæ a substantiâ generatæ et generante.

Sine facile inferatur tria relata for-  
maliter per intellectum distinguuntur in satis eminenti ratione ad veritatem  
cum xuris, inde constat quod diversitas de definitionibus diffinitur, ne illa  
tunc hoc satis impugnetur ratione in contrariis aducta quæcum subsequenti  
libet forma proponere.

Passio et mobile non distinguuntur formaliter, ergo  
nec motus et passio, probatur antecedens: mobile ut tale dicitur formaliter esse  
subjectum receptionis motus: sed hoc dicitur passio in esse talis. Dicendum mo-  
bile in esse talis, solum dicitur esse subjectum receptionis motus vel transitus  
est in unum terminum ad alterum, passio vero est proprio et formali conceptu di-  
citur esse subjectum motus ab agente: hoc ergo agens connotat, res autem illud,  
in quo formaliter differunt.

### Questio 3. an actio transiens recipiatur in agente, vel in passio.

Nonnulla prælibantur, et sententias refero.

S. 1.

Nonnulli sicut nemo actionem in incipientem in agente subjectam; potest quia  
actio transiens in id tendit ut passio perficiat, merito contra ob exteriora religia-  
tione in ipso passio in quo est effectus per illam productus; scito tamen actio  
transientem materialiter sumpta, ut pote accidens physicum subjectum in hunc  
sionis exigere, secus autem si connotat exteriora formaliter: ita enim unice impor-  
tat conceptum ab, et egressionis ab eius principio.

Prima sententia defendit actio-  
nem transientem in agente subjectam ita quam plerumque cum Scoto, et Albi-  
zena. Secunda tunc subjectam in passio sic Doctor Eximius, cui fere omnes  
Iesuitæ subrebatant; ex Floris autem Eminentissimus Aguirre, et illis.

tiſſimus Moneta, utraque autem opinio, in ſcola Thomiſtica deſervata. Feſtade-  
nigque propugnat intantio ſubjectari. pro hac autem plerumque recentiora ſententia  
ſunt ſanctiſſi modicæ; ſed ubi autem opinio placet. Coſimij doctori.

## ASSERTIO UNICA 2.

Actio transiens ſubjectatur in paſſo. Suius opinionis patroni plura adduunt  
ſanctiſſi præceptoris ſententia, contraſque alia quoniam plerumque; eaque  
proprie aſſente tanti Doctoris perſequeranda abſtinendique conſiſ. Sua detur igitur  
actio aſſertio ratione actio inmanens recipitur in agente; ergo transiens ſubjecta-  
tur in paſſo, probo conſequenti; primum est deum quia actio inmanens ex pro-  
prio conceptu intus manet; ſed transiens non manet intus immo ad extra ex-  
matereum paſſum ſcilicet tranſiit.

Confirmatur i actio recepta in agente ma-  
net in illo; ſed actio transiens non manet in agente; ni confundat illam cum inma-  
nenti; q. = Secundo: paſſum patitur actionem; ergo illam recipit. Dicent  
contraſque i actionem inmanentem ea tranſeunte diſtingui quod nullum effe-  
ctum ad extra producat, bene tamen actio transiens; quod ergo hoc in agente  
ſubjectetur non inſert confundi cum inmanenti.

Contra; quia effectum ad extra  
producere etiam convenit actioni formaliter inmanenti; igitur actio tran-  
ſiens non diſtinguitur ab inmanenti ex quo effectum ad extra producat; ſua  
detur antecedens in actio intellectus, et voluntatis diſtingui ad extra operatus,  
et tamen est actio formaliter inmanens; ſolumque virtualiter, ſeu causaliter  
transiens, quatenus ſcilicet cauſat id, quod tranſiit ad extra; ergo effectum ad  
extra producere convenit etiam actioni inmanenti; ergo ut ſit formaliter tran-  
ſiens neceſſum est quod in paſſo ſubjectetur. Dicitur

Dicitur: actio enim tranſiens  
per ſe primario ordinari ad effectum extra producendum, ſive ad aliquid ex-  
tra perficiendum; inmanentem vero ſecundario et ex conſequenti primario  
namque in id tendit ut agens perficiat; ſat ergo diſtinguuntur, tamen ſi extra  
que in agente recipitur. Contra; ſi enim actio tranſiens ordinatur ad paſſum  
perficiendum ſubjectari deber in illo; quippe forma accidentaliter recipitur in  
ſubjecto quod perficitur ex conceptu primario; ſolutio contra dicta conſun-  
git intendens actionem tranſeuntem in agente receptionem primario ordinari  
ad paſſum perficiendum.

Deinde; quia actio ex proprio conceptu est effectus di-  
ſiſſo; ſed diſſiſſio effectus recipitur in paſſo; q. probo minorem; in eo recipitur  
eſſiſſio effectus in quo effectus quid diſiſſiſſio; ſed hic recipitur in paſſo; ergo  
ſiſſio; effectus diſiſſiſſio ab agente in paſſo; ergo diſſiſſio est ab agente, et

in passivis effectus est actus: g.

## Solvuntur Oppositae.

Arguetur primo: quodlibet forma recipitur in illo cui communicat eius effectus primarius: sed actus communicat eius effectus primarius agenti: ergo recipitur in agente. probatur minor effectus primarius actionis est continere agentem: sed hunc effectum agenti communicat. Confirmatur actus est actus secundus agenti: ergo ipsum actualiter perficit: sed non perficit agentem, quod in eo non recipitur: g.

Distinguo maiorem: cui communicat eius effectus primarius tanquam subjecto in quo est concado: tanquam subjecto a quo est nego maiorem. Porro actus non communicat effectus formalem agenti veluti subjecto in quo sit ut ait: dicitur in albedine respectu parietis: sed tanquam a subjecto a quo est, sive egreditur ad quod statim est quod ab illo sit et egrediatur.

Ad confirmationem concedo ante- cedenti: Distinguo consequens: actualiter et perficit tanquam principium a quo, concedo: in quo nego consequentiam. Nam perfectio agentis in hoc mundo constituit quod agit, et causat: ad hoc autem unica requiritur actionem esse in se continere a b agente, ipsum de potentia ad actum reducere. Replicabis: constituitur in constituto: sed actus constituit agentem actualiter causans: g.

Distinguo maiorem: modo quo ipsum constituit, concedo: aliter nego maiorem. Cum autem actus constituat agentem actus causans quatenus ab illo egreditur superciens est quod egrediatur ab agente ut sic illud constituat. Receptio ergo causalitatis in pertinetur est ut agentem in actu causandi constituat.

In tabis: nequit causalitas constituisse agentem actualiter causans quin illi uniat: sed unio causalitatis cum subjecto est in hęcencia: forma siquidem accidentalis subjecto in hęcet, per unionem cum illo: g. Dicendum causalitatem unice unione expressiva quatenus scilicet ipsum in egressu perficit: minime vero unione in hęciva quatenus in ipso suscipitur et maneat. In quo actus transiens utique ab inmanente distinguitur.

Insuper: actus nequit constituisse, nec denominare agentem quatenus ab illo egreditur: ergo nec per unionem egressivam. probatur: actus pro ut denominans et constituens est causa; agentem vero pro ut constitutus, et denominatus est eius effectus: sed actus pro ut egreditur ab agente non est causa, nec agens effectus, immo e contra: g. Nego autem ad probationem conclusam maiorem de causa lata, distinguo minorem: non est causa & subdixer.

verba consideratione, nego; sub <sup>eodem</sup> ~~diversa~~ concedo, et nego consequentiam.   
 Actio vel potest considerari prout effective expeditea, sive generans ab agente ef-   
 ficatur, rursus & prout ingenere causae formalis agens determinat ad operandum   
 in primo sensu est effectus agentis; in secundo autem in causa formalis: lata qui-   
 dem quia agentis non confert quod agens sit, sed quod actu causat. In utroque dicitur   
 de forma et factumateus demutua utriusque causalitate disseratur.

Argument. 2.  
agens intrinseca mutatur per actionem; sed requirit intrinsecam mutari nisi per formam   
 intrinsecam illi ut palam est in quibus mutatione: ergo actio est forma intrinseca ag-   
 tis ex intrinseca recipitur in illo. probatur maior: quia per actionem tollitur in-   
 trinseca indifferencia agentis, transitque de non operari ad operandum; sed in hoc sitet   
 mutatio intrinseca: q.

Communio huius argumenti solutio negat maiorem, constat   
 & actionem esse formam extrinsecam agentis, per illamque solum extrinsece mutari   
 a ratione doctrina haec benevolentissime displicet, ab illius tamen oppugnatione absti-   
 nere censui ut prolixum domesticum cum opinionis nostrae doctores submissis.   
 tua concessa maiorem nego minorem; quippe ut agens intrinseca mutetur, transcat   
 de non operari ad operandum, utique requiritur actionem intrinsece expeditea   
 illo, quod sic accidit licet recipiatur in passo.

Replacit: ego hac solutione mani-   
 feste colligitur. Deum intrinseca mutari, creaturam enim a Deo intrinseca expeditea   
 dum fitur ab ipso. Sed equalam nego, creaturam enim expeditea a Deo non   
 quam eius effectus; huius autem non est perficere principium a quo oritur, actio   
 vero agens reducit ad actionem perficitur in indifferenciam tollit, et denique immutat.   
 (Subinde & Deus per actionem ab ipso indistincte operatur)

Argument. 3. actio in-   
 tralis debet in aliquo subjecto non in passo: ergo in agente. Secundo: relatio per-   
 se ordinatur ad terminum; sed in illo non recipitur: ergo nec actio in passo ordi-   
 nabitur ad illum terminum. Denique: relatio eiusque proximam fundamentum   
 in eodem recipitur in subjecto; relatio enim emanat, pendetque a fundamen-   
 to eius: sed relatio agentis ad passum recipitur in agente: ergo et eius fundamen-   
 tum; sed hoc est actio: q.

Ad primum nego maiorem; quia actio in essentiali solum   
 expedit principium equationis = ad secundum concedi possumus, nego consequentiam, rel-   
 latio enim non ordinatur ad terminum, sed ipsum perficitur bene, tamen actio ad pas-   
